a *Ver.&c.* Sicut ergo corruptibilis corruptibile generat, ita verbum, qđ manet in ęternum, dat vitam ęternam renatis ex aqua & ſpirituſancto.

E

NICOLAVS DE LYRA.

a Hoc eſt aũt u.qđ eu. eſt &c. *i. apud. Nã primò prędicatur regeneratio baptiſmalis, & poſtea cætera ſacramenta.*

† hominis

Prima Petri in ca j. vbi dicitur in Poſtil. Aduenis, aduenæ dicebantur illi, qui de Gentilitate conuertebantur.

ADDITIO.

Aduena in ſacra ſcriptura nõ accipit̃ ꝓ illo, qui de Gentilitate conuertitur, & huiuſmodi, ſed ꝓ illo, q aduenit de alia regiõe ad cohabitãdũ cũ indigenis alter.⁹ terræ, ſicut erãt Iudæi, q à Ieroſolymis pp aliquas perſecutiões ad alias terras trãſibãt. Vñ Abrahã dicebat Aetheis: Aduena ego ſum apud vos. qđ non põt intelligi ex hoc, ꝙ Abrahã conuerteretur ab eorũ Gentilitate, ſed ſolum ꝑpter hoc, ꝙ ab alia regione venerat ad habitandum cum eis. Illi autem q cõuertebantur de Gentilitate, dicebantur proſelyti. Et cum hoc concordat prima glo. in hoc loco, licet ſecunda videatur diſcordare. prima tñ eſt tenẽda. Nec etiam eſt veriſimile, ꝙ beatus Petrus, qui apoſtolus circunciſionis erat, ſpecialius ſcriberet circũciſis proſelytis, quam circunciſis fidelibus antiquis &c.

G

a ¶Quia aliquid promittunt ex ſe & nullum tamen afferunt fructum. b ¶Vel fœni. c ¶Infirmitate, uel morte.

ria † eius tanquam flos agri. Exaruit fœnum, & flos eius decidit, uerbum autem domini manet in æternum. Hoc eſt autem uerbum, quod euangelizatum eſt in uos.

a ¶Per me & alios apoſtolos.

GLOS. ORDIN. CAP. II.

Deponẽtes ig. o. ma. Au. Quid eſt malicia? niſi nocẽdi amor. Quid dolus? niſi aliud agere aliud ſimulare. Quid adulatio? niſi fallaci laude, ſeductio. Quid inuidia? niſi odiũ felicitatis alienę. Quid detractio? niſi mordacior quã veracior reprehẽſio. Malicia malo delectatur alieno. Dolus duplicat cor. Adulatio linguã. Detractio vulnerat famam.

Li. 50 hom. home. 10. in prin. 10. 10.

b *Sicut mo. ge.* Quia ſic renati eſtis, & filij æterni facti, tales eſtote p ſtudiũ bonę cõuerſationis, quales ſunt infantes recenter nati per naturam ætatis.

†Eph. 4. f Col. 3. b Hebr. 12. a

c *Rõnabi.* Etſi infantes per maliciam remotam, rationabiles tamen per ſapientiam nec ratio aliqua ad verſutias ſeculi nos trahat. ſed ſine dolo ſitis. vnde: Eſtote pruden. ſi. ſ &c.

Matt. 10. b

d *Lac co.* Tãgit illos qui ad audiendas ſacras lectiones faſtidioſi adueniunt ignari illi⁹ ſitis, & eſuriei, de qua dominus ait: Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſticiam. ideoq; tardius ad perfecta ſalutis incremẽta ꝑueniũt, quo poſſint ſolido cibo verbi refici. i. arcana cognoſcere diuina, vel maiora facere bona.

Ibidem 5. b †per illud

F

e *Vt in eo c.* Vt etiã bñ diſcẽdo p ſacra dñicæ incarnationis perueniatis ad contemplationẽ diuinæ maieſtatis.

†benignus

f *Si t. g.* Hoc pacto purgata cordis malicia, vitalẽ Chriſti alimoniam concupiſcite, ſi q̃ta ſit diuina dulcedo ſapitis Nam qui nihil de eius dulcedine guſtat, non eſt mirum ſi hunc terreſtrib. deſideriis ſordidare non euitat.

g *Ad q. ac.* Q Accedite ad eũ, qa accedẽtes p fidẽ ſuperædificamini, qa fundamentũ aliud nemo p̃t ponere, p̃ter id qđ poſitũ eſt, qđ eſt Chriſtus Ieſus.

† Iſa. 28. d

h *Lapidẽ.* Sup quẽ fundatur æterna ciuitas, nõ materialẽ lapidẽ, ſed uiuum, qui nullis concuſſionibus potuit deiici, ſic nec illi q fundati ſunt in eo.

i *Tanq̃ l. u.* Per iſidelitatem duri & inſenſibiles, ſed per diſcretionem eruditi viuificantur & apti ſunt, ut in Dei ædificio charitate compingantur.

1. Cor. 3. e

k *Edificamini.* Ad offerendũ bona opera, eleemoſynas, preces & uoſipſos.

† in ſummo ponendum angulo.

l *Per Ie. C.* hoc ad oĩa referẽ. ædificamini ſacerdotes eſtis, offertis, & hoc totũ p Ieſũ Xp̃m cuius gr̃a oĩa hẽtis.

m *Propter q* Cõfirmandum, ꝙ dñs pp firmitatem ſuã iure ſit lapis uocatus.

† pudefiet

n *Vobis igitur credentibus eſt honor.* Sed

*non credentibus*

CAP. II.

a ¶Voluntatem nocendi aliis.

Deponentes igitur omnem maliciam,

a ¶Deceptionem.

& omnem dolum,

a ¶Cum aliud in corde, aliud in ore. b ¶Cordis contra ſucceſſus aliorum.

& ſimulationes, & inuidias, & omnes detractiones,

a ¶In uerbis.

ſicut modo geniti infantes rationabiles ſine dolo

a ¶Sine ruga duplicitatis.

a ¶Simplicia rudimenta fidei de uberibus matris eccleſiæ quærite. i. de utriuſque teſtamenti doctoribus, qui diuina eloquia ſcripſerunt uel uiua uoce prædicant.

lac cõcupiſcite, ut † in eo creſcatis in ſalutem, ſi tamen guſtatis quoniam

¶Fide & imitatione.

† dulcis eſt dominus, Ad quem accedentes, lapidem uiuum ab hominibus quidem reprobatum, a Deo aũt

a ¶Cum dicerent, Non habemus regem niſi Cæſarem. b ¶Qui non fallitur in ſui diſpoſitione. ¶Ne timeatis reprobari.

a ¶Vt faceret utraque unum, b ¶In miraculis, in aſcẽtione c ¶Et à uos tãquã lapides. i. ſolidi in fide, uiui in uirtutib.

electum & honorificatũ. Et ipſi tanquã lapides uiui ſuperædificamini

a ¶Contra pluuias, uentos, flumina. b ¶Vos dico exiſtentes ſacerdotes digni oleo lætitiæ inuncti.

domos ſpirituales in ſacerdotium

¶Non ſicut in ueteri lege.

ſanctum, offerẽtes ſpiritales hoſtias acceptabiles Deo per Ieſum Chriſtum. Propter quod continet ſcriptura. † Ecce ponam in Sion lapidem

¶Iſaiæ.

¶Quia in Iudæa natus. a ¶Solidum.

a ¶Perfectiorem omnibus. b ¶Duos populos coniungentem. c ¶Ex omnibus.

† ſummum, angularẽ, probatũ, electũ, precioſum, & qui crediderit in

a ¶Redemptionis præcium. ¶Qui in precium datur.

a ¶Imitando eum. b ¶Neque in præſenti de caſu erubeſcet. i. neque in futuro uacuus erit præmio. c ¶Ab auctoritate prophetæ.

eum, nõ † cõfundetur. Vobis igitur

d Et in. *i. triſticias de bonis proximi.*

e Et o. de. *quibus infertur nocumentum proximo in eius fama, quæ eſt præcioſior pecunia.*

f Sicut mo. ge. *Regenerati enim per baptiſmum debent eſſe ſimiles infantibus quantum ad innocentiam, ſed non quantum ad ignorantiam.*

g Lac cõ *ſ. facilioris doctrinæ, ſecũdũ quod dicitur. 1 Co. iij. a. Tãq̃ paruulis ĩ Chriſto lac uobis potũ dẽdi. Nõ. n. de nouo baptizatis debent ardua, & difficilia fidei proponi, q̃ non ſunt ab eis captibilia, ſed tantum lenia, ſicut nec pueris corporaliter dantur ſtatim cibaria ſolida, ut carnes & piſces. ſed de facili cõuertibilia, vt lac & huiuſmodi.*

h Vt in e. &c. *i. per noticiam facilium aſcẽdatis ad noticiã magis difficilium, & proficiatis in augmento fidei, & morum.*

i Si ta. gu. *Sicut enim cibus corporalis non proficit niſi ſapiat, ſic nec ſpiritualis.*

k Ad q. *Hic cõſequenter inducit fideles ad perfectionis adeptionem, ſecũdo adeptæ diffuſionem, ibi: Vos aũt. Prima ĩ tres, quia primo facit ſuam admonitionẽ, ſecundo inducit ſcripturæ confirmationem ibi, Propter qđ. tertio infert ſuã concluſionem, ibi: Vobis igitur Circa primũ ſciẽdũ, ꝙ Chriſtus eſt fundamẽtũ eccleſiæ, ſcđm qđ dicitur. 1. Co. iij. c. Fũdamẽtũ aliud nemo p̃t ponere p̃ter id, qđ poſitũ eſt, qđ eſt Chriſtus Ieſus. huic aũt fundamẽto adhærẽt fideles per fidẽ charitate formatã, & ſic ꝑficiũt ad augmẽtũ fidei & morũ. & hoc eſt qđ dicit, Ad q. Chriſtum.*

Diuiſio.

- in

H

l Acced. *fide formata charitate.*

m Lapi. ui. *non tantum formaliter, ſed etiã effectiue, quia cauſat in alijs uitam ſpũalem*

n Ab h. &c. *i. a Iudæis perfidis humana tantum ſapientibus, & non diuina.*

o A Deo a. *ad ſalutẽ mũdi fiendã per ipſũ.*

p Et h. *in miraculorum operatione, & in ſua glorioſa reſurrectione, & aſcenſione & ſpirituſſancti miſſione.*

q Et ipſi. *i. uoſipſi.*

r Tanquam l *per fidẽ charitate formatam*

s Superædi. *i. in domos ſpirituales.*

t Sacer. *Circa quod ſciendum, quod ſicut homo Chriſtus eſt Dei templũ, quia in eo habitat diuinitas, & ſacerdos & ſi hoſtia, inq̃ tũ obtulit ſemetipſum Deo patri pro ſalute mundi. ſic fideles ei conformati ſunt Dei domus, vel templum, inq̃tum Deus habitat in eis pe gratiã. ſũt ẽt ſacerdotes & hoſtia, inq̃tum ſeipſos offerunt Deo per deuotionem et ſanctam operationem. ideo ſubditur,*

u Of. ſp. h. *non carnales ſicut in le. uete.*

x Ac. e. p. Ie. C. *per quẽ ſimus Deo patri recõciliati, ꝓ p qđ ĩ fine oblationũ, & orationũ eccleſię ponitur: Per dominũ Ieſũ Chriſtũ. uel aliquid ſimile, qa per ipſũ noſtræ oblationes & orationes ſunt acceptæ.*

y Propter q. *Hic conſequenter ad propoſitum inducit ſcripturam di.* Prop. q. c. ſc. *Iſa. xxviij. ſecundum tranſlationem. LXX.*

z Ecce po. in. *i. eccleſia per Sion figurata, eo ꝙ ibi Chriſtus prædicauit & apoſtolis ſpiritumſanctum miſit.*

a La. *ſ. i. Xp̃m ſicut ibidẽ declaratũ fuit ẽt p dcã Hebraicorũ doctorum*

b Angularem. *Quia Chriſtus coniunxit Iudæos & Gentiles in una eccleſia tanquam duos parietes.*

c Electum. *a Deo ad opus noſtræ redemptionis.*

d Precioſum. *per inhabitationem deitatis.*

e Et qui c. *tanquã in ſaluatorem omnium fide formata charitate.*

f Non conf. *ſed magis honorabitur cæleſti bonore.*

g Vo. i. *Hic ex dictis infert cõcluſionẽ, d. Vo. i. cr. ho. erit ſupple in cæleſtibus.*

NIC. DE LYRA CAP. II.

Deponentes. *Poſtquam beatus Petrus inſtruxit fideles de regeneratione ſpirituali, hic conſequenter inſtruit eos de educatione conſequenti, ſicut in opere naturæ nutritio ſequitur, diuiditur in duas partes: quia primo inducit ad hanc educationem, ſecundo ad conſequendam perfectionem, ibi: Ad quem accedentes, ſicut in naturalibus perfectio ſequitur educationem, nutritio uero in fide et moribus prę ſupponit vitiorum abiectionem, ideo dicit:*

a Deponentes ig. o. *i. malam cogitationem contra proximum adhuc in corde latentem.*

b Et o. dolum. *i. uerbum proximi deceptionum.*

c Et ſi. *bonitatis apparentis tantum.*

Et in.

Non



*Non c. & c. q. r. ę.* ita reꝓbatus ab iſtis ſicut ab illis, & ille lapis hic i. credẽtib. ẽ fcũs ĩ c. a. & iſidelib. fcũs ẽ lapis offenſiõis & p. ſc.

A

a *Non c* quia ſicut ipſi in ſua ædificatione eum reprobauerũt ſic & ipſe in ſuo aduentu reprobabit illos accipere in ædificationem domus ſuæ, quæ eſt in cælis.

b *Et lapis of.* cũ lapis ſit ĩ quo ſuſtẽtent̃ & tuti qeſcãt bõi, icredulis erit cã offenſiõis ĩ p̃nti ñ credẽtib. i eũ & ĩ õ cadẽtes ſũt de uitio ĩ uitiũ. Eſt ĩ futuro petra ſcãdali, qa ad illũ, quẽ humilẽ conculcauerũt, collidunt̃ greſſus eorũ & cadẽt in ignem æternũ, q par. eſt dia. & an eius,

c *Offendũt uer.* Offendit uerbo, qui eo ꝙ verbum audiuit. offendit aĩo, dũ qđ audiuit, nõ credit, cuius ſtulticiam exagerat. *Nec cre. in q. p. ſunt.* per naturam ad hoc ſunt facti homines, ut credãt Deo & uoluntati eius obtemperent.

d *Vos au. g. ele.* hoc teſtimonium laudis quõdam antiquo populo per Moyſen datum, gentibus dat Apoſtolus qui in Chriſtum credunt, qui veluti lapis angularis in eam, quam in ſe Iſrael ſalutẽ habuerat, Gentes adunauit,

e *Electũ.* p fidẽ electi & diſtincti ab illis q reprobantes lapidẽ facti ſũt reprobi

f *Regale ſa.* ſũmi ſacerdotis corpi uniti, q regnũ ĩperare, & hoſtias ĩmaculatæ conuerſationis Deo offerre debebant.

g *Acqſiti.* in ſanguine redẽptionis eius, qua erat quondam populus Iſrael redẽptus ſanguine agni de Aegypto. Vnde & in ſequenti verſu myſtice recordat̃ ueteris hiſtoriæ, & hanc ſpecialiter in uno populo impletam docet

h *Annuncietis.* Sicut liberati de Aegypto, triũphale carmẽ dño cantauerunt, ita nos poſt tenebras diſſolutas, poſt acceptã remiſſionẽ p Chriſtũ ducẽdi ad p̃riã ſupnæ claritatis, deb mus Deo rependere gr̃as dignas cęleſtib. beneficiis.

B

i *Qui ali.* Hinc probatur qa hãc epl̃am ſcribit his, qui de Gẽtibus ad fidẽ uenerant. Aſſumuntur hi uerſus de prophetia Oſeę ĩ q̃ agit̃ de uocatione Gentiũ.

k *Chariſſimi.* Huculq; gñaliter inſtruxit eccleſiã. explicãs vel beneficia qb. nos Deus ad ſalutem vocare, uel dona qb. aliqñ Iudæos, nunc aũt nos honorare dignatus eſt: hic diuerſas fidelium perſonas ſolerter hortatur, ne carnaliter uiuẽdo ſe reddãt idignos tãta gloria ſpũs ne degenerent a gloria nobilitatis ſibi ꝓmiſſæ. & primo liberos & ſeruos, deinc mulieres & uiros, tãdẽ ſeniores & adoleſcẽtes qualiter ſeſe hr̃e deant, docet, & aperte liberos abſtinere a carnalibus deſideriis admonet, qa ſolet libertas uitæ remiſſioris maiora illecebrarũ titilantium tolerare pericula.

†Ro. 13. a

l *Tanquam adue.* Eo minus animum terrenis rebus ſupponite, quo uos patriã ĩ cælis habere meminiſtis. Reprobi hic habent patriam, cuius deſideriis inhiãt ideo relegabuntur in perpetuum exilium, carentes uoluptatibus.

m *Ex bo. op. con.* Plerũq; cõtigit, ut pagani, qui uituperabant fidem Chriſtianorũ, poſtea conſiderantes bonã eorum conuerſationẽ, Chriſtũ laudare inciperent.

n *In d. ui.* In tempore uiſitationis, quanta ſit uobis gloria donãda p Deũ iã nunc recognoſcunt increduli, cum uos inſtanter illum per omnia pericula ſequi perſpexerint. Vel, uiſitationis, quando uiſitabit dominus illos conuertendo.

o *Subie. i. e. o. h. cr. p. De. ſi. r. &c.* Et vt cõuerſatio ur̃a oĩb placeat, nõ reſiſtatis alicui dignitati hoĩum, alicui pſonæ, alicui principatui cui Deus vos ſubdi uoluit qa non ẽ p̃tãs niſi a Deo, & q p̃tãti reſiſtit, Dei ordinatiõi reſiſtit. Et creaturã p ptes expõit.

q *Tanq. ab eo miſ.* Multoties Deus aliquẽ malũ tyrãnidẽ exercere permittit vt & mali cõfundant̃, & boni magis ꝓbentur.

p *Ad uindictam.* Nõ ꝙ ſemper ita fiat, ſed ꝙ eſſe debeat actio ducis, ſimpliciter narrat, qui etiam ſi bonos damnat, non minus ad laudẽ eorũ ptinet qđ agit, ſi patienter improbitatem eius tolerant boni, & ſapienter eius aſtutiæ reſiſtunt.

*Laudem*

¶Credentes in filium honorabit pater, & in aduentu eius non confundentur.

credentibus † honor: non credentibus autẽ † lapis, quem reprobauerũt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli, & lapis offenſionis, & petra ſcandali his, qui offendunt uerbo, nec credũt in quo & poſiti ſunt. † Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, Gens ſancta, populus acquiſitionis, ut uirtutes annũcietis eius, qui de tenebris uos uocauit in admirabile lumen ſuũ. Qui aliquando non populus Dei, nunc autem populus Dei: qui nõ conſecuti miſericordiam, nunc autem miſericordiam cõſecuti. Chariſſimi obſecro uos, tanquam aduenas & peregrinos, abſtinere uos a carnalib⁹ deſideriis, quæ militãt aduerſus animam, conuerſationẽ ueſtram inter Gẽtes habentes † bonam, ut in eo quod detractant de uobis tãquam de malefactoribus, ex bonis operibus uos cõſiderãtes, glorificent Deũ in die uiſitationis. † Subiecti igitur eſtote omni humanę creaturę propter Deum, ſiue regi quaſi præcellenti, ſiue ducibus tanquam ab eo miſſis, ad uindi-

a ¶Quem noluerunt ponere in fundamento cordis ſui Iudæi carnaliter legem ſuam tenendam confirmantes, & omnem ſuam iuſticiam conſtituere uolentes.

¶Et tamen. a ¶In Chriſtiana ædificatione.

¶Factus eſt

a ¶Verbo, quia qui male loquuntur de Deo, erubeſcent cum uiderint tantam gloriam eius.

a ¶Quia in ipſo uiuimus, mouemur & ſumus.

a ¶Per fidem.

¶Quantum ad ſe.

a ¶In ſanguine redemptionis eius. b ¶Non iam uiuẽtes in paſſionibus & deſideriis, ſed ſancte & iuſte uiuentes.

a ¶Sicut illos duxit in columna ignis.

a ¶I. ſicut eratis alienati a conuerſatione popul Dei.

¶Tempore gratiæ. ¶Populo eius uniti. ¶Qui nec miſericordiam ſperare noueratis.

a ¶Quia eſtis miſericordiam conſecuti, ergo.

a ¶Sunt aduenæ, qui commanent in alieno loco. addit, peregrinos, qui ſemper de loco ad locum tranſeunt. ¶Non in hoc mundo, ſed alibi patriam habentes.

¶Dum concupiſcentiis blandientibus caro eneruiter ſubiugatur, inde uitiorum exercitus firmiter aduerſus animam armatur.

a ¶Bene operando. b ¶Putantes vos ſtultos, qui deos eorum reliquiſtis, & propter peccata ueſtra uos in mundo affligi credunt.

¶Ex veſtra caſta conuerſatione. ¶Veſtram dignitatem.

¶Et fidelibus & incredulis.

a ¶Ne uel in hoc fidei Chriſtianæ religioni ſpoſſit detrahi, quod per eam tolluntur iura conditionis.

¶Rege vel Deo. ¶Pœnam.

a Non cre. a. &c. ædi. *i. Iudæorum Scribæ & ſacerdotes:*

C

b Hic fa. eſt c. an. *coniungens Iudæos & Gentiles in una eccleſia Dei.*

c Et lapis of. *hoc accipitur de Iſa. viij. & intelligitur ad literam de reprobatione Iudæorum, vt ibidem dictum fuit. ideo ſubditur:*

d His q. of. uer. *i. Iudæis obſtinatis blaſphemantibus Chriſtum.*

e Nec cre. in quo & po. ſunt. *Ad hoc enim fuit eis data lex, vt diſponerentur ad Chriſtum, ſecundum quod dicitur Gal. iij. d. Lex pædagogus noſter fuit in Chriſto, & ipſi pro maiori parte remanſerunt increduli.*

f Vos. *Poſtquam induxit fideles ad huius perfectionem conſequendam, hic conſequenter inducit eos ad huius perfectionis diffuſionem. tunc enim dicitur aliquid perfectum, cum poteſt alterum facere quale ipſum eſt. Et primo inducit ad hanc diffuſionem faciendam uerbo prædicationis. ſecundo exemplo ſacræ conuerſationis ibi: Chariſſimi. Circa primum dicit,* Vos autem genus ele *ſupple eſtis per baptiſmum, in quo facti eſtis filij Dei adoptiui, & per conſequens de genere eius.*

4. Meteo.

g Regale ſac. *i. conformati Chriſto, qui eſt rex & ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech, qui fuit rex & ſacerdos, Et ſic eſt de veris Chriſtianis, qui ſunt reges per ſubiectionem paſſionum, ſacerdotes per orationis deuotæ ſacrificium. ideo dicitur Apoca. v. c. Feciſti nos Deo noſtro regnum, & ſacerdotes &c.*

Gen. 14

h Gens ſancta. *i. per baptiſmum lauata & mundata.*

i Popul. acquiſi. *pretioſo ſanguine Chriſti, ut dictum eſt ca. præce.*

k Vt uir. an. eius. *verbo ſanctæ exhortationis.*

l Qui de te. *ignorantiæ.*

m Vos uo. in ad. lu. ſu. *ſ. fidei & gratiæ & finaliter ad lumen gloriæ.*

n Qui ali. non pop. Dei. *ante conuerſionem. Hæc autem ſcriptura accipitur de Oſeæ. i. & intelligitur ad literam de vocatione Gentiũ ad fidem, vt oſtenſum fuit ibidem & hic inducitur. Quia ſicut dictum eſt in principio huius epiſtolæ. beatus Petrus uidetur eam ſpecialiter ſcripſiſſe conuerſis de Gentilitate. Gentiles autem dicebantur non populus Dei eo quod erant idololatriæ dediti. Iudæi vero dicebantur eius populus, ut patet in multis locis veteris Teſtamenti, eo quod erant cultores unius Dei.*

D

o Nunc au. po. Dei. *q. d. nunc autem ecõuerſo eſt. nam Iudæi obſtinati facti ſunt non populus Dei. Gentiles uero conuerſi populus eius quia Chriſto incorporati.*

† honeſta

p Qui non conſe. mi. *quia Gentiles non habuerunt prophetias et legem diuinitus datam ſicut Iudæi.*

q Nunc au. mi. con. *per legis euangelicæ ſuſceptionem.*

r Chariſſimi. *Hic conſequenter inducit fideles ad diffuſionem fidei per exemplum debitæ ſubiectionis, ibi: Subiecti eſtote. Circa primum dicitur:*

s Obſe. uos &c. ad per. *a ciuitate cæleſti. Heb. xiij. c. Non habemus hic manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus: ideo peregrini ſumus.*

t Abſtinere uos a carna. deſi. *Peregrini enim non quærunt in delitijs manere, ſed feſtinant ad patriam tranſire. & hoc potiſſime competit prædicatoribus, ſecundum quod dicit Apoſtolus. d. Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar, deuictus a delitijs carnalibus. ideo ſubditur:*

1. Cor. c. 9

u Quæ mi. ad. animam. *a culmine virtutis ipſam deijciendo.*

x Conuerſationem ue. inter Gen. ha. bo. *Non ad laudem propriam, ſed ad Dei gloriam & proximi ædificationem. ideo ſequitur.*

y Glorificent Deum in die ui. *diuinæ gratiæ eos ad fidẽ conuertendo*

z Subiecti. *Hic conſequenter inducit eos ad dandum exemplum debitæ humiliationis, quæ eſt fundamentum & cuſtos omnis virtutis, dicens* Subiecti eſtote. *vera humilitate.*

a Omni humanæ. cre. propter Deum. *Inquantum eius imago relucet in ea, & potiſſime ſuperioribus perſonam Dei repræſentantibus. ideo ſubditur,* Siue regi &c. *& ſequitur:*

b Ad uindictam malefactorum. *Sicut ſunt extirpatores vitiorum, & conſeruatores virtutum, propter quod eis debetur honor* [illegible]



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Laudem uero bo. Quia ſic eſt.* Vere quia quidquid duces agũt, boni laudem conſequuntur, quia hoc uult Deus, qui etiam malis vtitur in bonum, ut uos utentes etiam illis in bonum ſiue boni, ſiue mali ſint *ſa. obmu. impru. ho, igno.* Vt illi duces ignorantes, quomõ eis in bonum vtamini, & per eos laudem mereamini, non inueniant quid in uobis uituperent, dum etiam ipſos honoratis & patimini, quamuis ſint immundi.

b *Non qua. uelamen.* Non habentes libertatem ueſtram in uelamen maliciæ. Libertas ueſtra nõ obuelet corda ueſtrã vt tanto licentius peccetis, quo minus ſeruitute deprimimini, & ne culpã ueſtrã noĩe libertatis ptexatis. Vult ãt liberos eos eẽ a ſeruitio culparũ, ut pmaneant ſerui creatoris boni & fideles. Vnde addit, Sed ſicut ſerui Dei.

c *Fr. d.* Et inter oĩa fratres, amate ẽt illos, qui conditione tpali ſubiecti ſunt uobis, ut fratres in Chriſto diligite. (Ro. 12 e)

d *Ser. ſub.* Hucuſq; exhortatus eſt liberos ad ſubiectionẽ, nũc ſeruis loquitur ut & ipſi ſubiecti ſint dominis.

e *Nõ t. bo.* Alia trãſlatio, Nõ tũ bonis & modeſtis, ſed etiam difficilioribus. († 8. diſt. c. quo iure)

f *Diſcolis*, i. indiſciplinatis. Schola Grece, Latine locus, ĩ quo ad audiẽdos magiſtros liberaliũ artiũ ↄueniebãt, vnde ſchola uacatio interptat, qa ibi uacabãt ſtudiis. Scholaſtici igit ſunt eruditi. Diſcholi ind octi & agreſtes. Ecce qño s. monebat, ſubdi hũanę creaturę ppdeũ († humanis)

g *Si p. c. Dei.* Si pp deũ ſciẽtẽ bonã intẽtionẽ aliqs patiẽs a dño uerberat iniuſte, cũ ei bene ſeruiat, ſuſtinet i leues reputet triſticias, hæc ẽ gr̃a, & p hoc efficit gratus deo & hoc exigit gr̃a fidei. († prauis, aſperis)

h *Patiẽs iniuſte.* Si iniuſte patimini, gr̃a Dei acqritis. Nã ſi uos ſuffertis patiẽter pęnas illatas a dominis, uos dico peccãtes nolendo obedire eis & colaphizati ab ipſis dñis. i. ſæpe correcti ab illis, ut per colaphos ad obedientiam inducamini, quæ gratia erit uobis inde? Nihil propter hoc accipietis a Deo. († affligamini, & ſuffertis)

i *In hoc e. uo.* Multum glorificat conditionem ſeruorum, quos benefacientes & abſque culpa vapulantes a dominis crudelibus & improbis affirmat imitatores dominicæ paſſionis.

k *Quia & Chriſtus.* Cum ſupra ſpecialiter ſeruos, nũc totam eccleſiam inſtruit ut etiam dominus in memoriam reuocet, quid pro eorum ſalute vel liberatione ſuus auctor pertulerit. († De pę. di. 2. c. ſi. nul tra me)

l *Tradebat autem iu. ſe iniu.* Illis iudicantibus ſecundum iniuſtam legem, ut potè iuſtus exiſtens. Siue tradebat Deo patri iniuſta iudicantes, ideſt eos qui eũ nequiſſime condemnabant, & neci ei⁹ inſtabant, ut ſupplicia ſumentes erudiãtur. Tangit euangelicam parabolam, ut pius paſtor relictis nonagintanouem ouibus in deſer. uenit uiſitare unam quæ perierat. († 45. diſt. c. epiſcopũ. De pę. diſt. 2. c. ſi enim; † 10. di. Ieſus)

m *Et epiſcop. animarum.* Vel viſitatorem, quod idem eſt. Epiſcopus enim. i. ſuper intendens, quia oculi domini ſuper iuſtos, & aures eius in præces eorum, vt uiſitauit nos oriens ex alto.

¶ Remunerationem

ctam malefactorũ, laudem uero bonorũ. Quia ſic eſt uoluntas Dei ut benefaciẽtes obmuteſcere facia tis imprudẽtium hominum igno

¶ Et hæc bona facite. Quaſi liberi. b ¶ Quo maiori libertate utimini apud homines, eo liberius diutno famulatui ſitis ſubiugati.

ratiã. Quaſi liberi: ẽt nõ † quaſi uelamen habẽtes maliciæ libertatem

¶ Seruitus Dei humilitatem requirit. b ¶ Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari. ¶ Vnum.

ſed ſicut ſerui Dei. † Oẽs honorate, ¶ Obſequio.

fraternitatem diligi ẽ. Deum ti-

¶ In omni obſequio timor domini præcedat. b ¶ Quaſi præcellentem ampliori honore ueneremini.

mẽte, † regẽm honorificate. † Ser-

¶ Vt nec Deum offendatis, nec dominis obedire recuſetis.

ui ſubditi eſtote ĩ oĩ timore dñis,

¶ Fide, uita, moribus. b ¶ Modeſte imperantibus & condonantibus.

nõ tantum bõnis & † modeſtis ſed

¶ i. per hoc efficitur homo gratus Deo, & hoc exigit gratia fidei.

ẽt † diſcholis. Hẽc eſt enim † gratia, ſi propter conſcientiam Dei ſuſti-

¶ Leues reputet triſticias.

net quis triſtitias patiens iniuſte. Quæ eſt enim gratia, ſi peccantes

¶ Quamuis benefacientes.

& colaphizati ſuffertis? Sed ſi bene

¶ Mala illata a dominis.

facientes † patienter ſuſtinetis, hęc eſt gratia apud Deum. In hoc

¶ Vt patiamini. b ¶ Et hoc exemplo Chriſti.

ẽnim uocati ẽſtis, † qa & Chriſtus

¶ Q gaudes, quia pro te mortuus eſt Chriſtus, attende quod ſequitur, nobis re. exem.

paſſus eſt pro nobis, uobis relin-

¶ Contumeliarum, tribulationum, flagellorum, crucis & mortis.

quẽs exemplũm, ut ſequamini ue

¶ Licet pateretur.

ſtigia eius. † Qui peccatum non fe

¶ A Iudæis & Phariſæis obſeruantibus eum. ¶ Nec verbo peccauit.

cit, nec ĩuẽntus ẽ dõlus in ore eius.

¶ Quaſi ſeductor & demoniacus. b ¶ Non improperabat illis mala, quæ in eis uera erant.

† Qui cũ malẽdiceretur, non maledicebat, cũ pateretur, non comminabatur. Tradebat autem † iudi

¶ i. pęnam pro peccatis debitam. b ¶ Omnium cõiter.

cãti ſe ĩiuſte. † Qui pẽccata noſtrã ipſe pertulit ĩ corpore ſuo ſuper li-

¶ Poſito. b ¶ Sicut ipſe corporaliter mortuus eſt. c ¶ Sicut ipſe viuit noua uita.

gnũm, ut peccatis mõrtui, iu-

¶ Sola dilectione vel carne eius facta liuida in paſſione vel quia pro ſola inuidia Iudæi eũ morte adiudicauerũt

ſticiæ uiuamus, cuius † liuõre

¶ Nam infirmi eratis.

ſanati eſtis. Eratis enim ſicut

¶ Per uitia dilacerata ſpinis vitiorum. b ¶ Sine re. c ¶ In paſſione Chriſti, corpore & anima reuerſi ad eum, qui uos paſcit uerbo ueritatis.

oũes errãntes, ſed conuẽrſis eſtis nunc ad paſtorem & † epiſcopum animarum ueſtrarum.

e Sed ſic. ſer. *ubi reddunt vnicuique quod eſt ſibi debitum. Mat. xxij. b. Reddite quæ ſunt Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo.*

f Omnes honorate. *inquantum relucet in eis imago Dei.*

g Fraternitatem diligite. *q. d. licet omnes ſint charitate diligendi, tamen ſpecialiter Chriſtiani, qui ſunt fratres ueſtri ex Chriſto & eccleſia ſicut & uos regenerati.*

h Deum timere. *timore filiali.*

i Regem honorate. *inquantum gerit perſonam Dei.*

k Serui ſubditi eſtote. *Poſtquam beatus Petrus informauit omnes generaliter, hic conſequenter informat exiſtentes in aliquibus ſtatibus ſpecialiter. & primo in ſtatu ſeruili. ſecundo in ſtatu coniugali. ſequen. ca. tertio in ſtatu paſtorali, in princi. v. cap. quarto in ſtatu iuuenili, ibi: Similiter adoleſcentes Prima in duas, quia primo ponit ſuum documentum. ſecundo confirmat per exemplum, ibi, In hoc enim. Circa primum dicit,* Serui ſubditi eſtote in omni timo. domini. *Hic accipitur omne, pro toto, totum autem & perfectum idem ſunt. ſ. Metaph. eſt igitur ſenſus:*

l In omni timore. *id eſt perfecto timore. Eſt autem timor perfectus, quando quis cauet nõ ſolum offenſam Dei, ſed etiam hominis propter Deum. ideo ſubditur,*

m Non tantum bonis. *i. bene morigeratis.*

n Et modeſtis. *i. operantibus ſecundum moderamen rationis.*

o Sed etiam diſcholis. *i. diſcordantibus ab iſtis moribus & imperandi modo.*

p Hæc eſt enim gratia. *i. res gratioſa coram Deo, quia eſt ſupererogationis.*

q Si prop. con. Dei. *i. propter conſcientiam timoroſam, quam aliquis habet de Deo, quia non ſolum, uult implere mandata, ſed etiam conſilia.*

r Suſtinet quis triſticias. *i. illatas a dominis pœnas.*

s Patiens iniuſte. *id eſt patienter ſuſtinens quod infertur iniuſte. quod declarat conſequenter di.*

t Quæ eſt enim gratia. *ſupererogationis.*

u Si peccantes & colap. ſuffertis. *q. d. nulla, ſed eſt magis iuſticia.*

x Sed ſi benefa. *i. bene ſeruientes dominis ueſtris.*

y Patienter ſ. *propter Deum pœnas ab eis illatas uobis.*

z Hæc eſ. gra. a. d. *vnde reddet ſupererogationis præmium.*

a In hoc enim. *Hic conſequenter dictum ſuũ confirmat per exemplum, di.* In hoc enim u. eſtis. *ut iniuriam patienter toleretis.*

b Chriſtus paſ. eſt pro nobis. *ſimilia & maiora. & patet litera vſque ibi,*

c Trade. autem iudicanti ſe iniuſte. *i. Pilato, qui Iudæorum fauore & Cæſaris timore cõdemnauit eum iniuſte, Ioh. xviij. Tradidit autem ſe Pilato, quia tradidit ſe Iudæis eum quęrentibus ad mortem. Quibus obuiauit, dicens, Ego ſum, ſi ergo me quæritis ſinite hos abire. ſciens, quod tradituri erant eum Pilato. Hæc autem traditio ex parte Chriſti proceſſit ex obedientia ad patrem & maxima charitate ad nos, ex parte vero Iudæ ex maxima cupiditate, ex parte Iudæorũ ex maxima malignitate. propter qđ in Chriſto fuit ſumme meritoria in alijs autem damnabilis & iniqua.*

d Qui p. n. i. p. *i. penã p ipſis debitã ſuſtinẽdo*

e Super lignum. *ſanctæ crucis.*

f Vt p. m. *i. ut amplius non peccemus, ſicut mortui corporaliter ceſſant ab actu operandi*

g Iuſticiæ ui. *ideſt Chriſto, qui eſt noſtra iuſticia eff. ctiue.*

h Cuius liuore. *quem habuit in corpore ex colaphizationibus & percuſſionibus.*

i Sanati eſtis. *a peccatorum infirmitatibus. quod declarat ulterius, di.*

NIC. DE LYRA.

¶ *eſt alicui ratione virtutis in ſe, vel in alijs, ut dictum eſt ſupra. Ia c. ij.*

a Quia ſic eſt uo. Dei. *quam implere debetis*

b Vt benefa. obmu. fa. *Quia per hoc ab eis auferetis materiam loquendi de uobis.*

c Quaſi liberi. *ſecundum ueritatem, quæ eſt libertas a uitijs.*

d Et non quaſi u. ha. mali. li. *q. d. libertas veſtra ſit ad bonum, & non ad malum. Quod dicit contra aliquos, qui dicebant ſe eſſe liberos a tributo, eo quod erant filii Dei per baptiſmum. quod non eſt uerum & ſic retinendo, illud quod debebatur dominis temporalibus, committebant furtum.*

k Eratis enim. *ante conuerſationem.*

l Sicut oues e. *per deuia uitiorum.*

m Sed c. e. n. ad p. *i. Chriſtum, qui paſcit vos corpore & ſanguine ſuo in eucharistiæ ſacramento.*

n Et epiſcopum animarum ueſtrarum. *ſaluti ſuper intendendo. Epi-*

Sed ſic.

¶ *ſcopus*



¶ *ſcopus enim Græce, ſuperintendens dicitur, Latine ab epi, quod eſt ſupra. & ſcopos, quod eſt intentio.*

In cap. ij. vbi dicitur in Poſtil. Et regale ſacer. i. confortati Chriſto, qui eſt rex & ſacerdos.

ADDITIO I.

Notãdum quod populus Dei ſub antiquo Teſtõ exiſtens dicebatur regnum ſacerdotale, Vnde regnum apud illos ponebatur in ſubſtantiuo tanquam principale: ſacerdotium vero in adiectiuo tãquam minus principale. ſacerdotium enim illius tpis erat imperfectum, non. n. offerebatur ibi niſi ſanguis hircorum & vitulorũ, & huiuſmodi. Sed gens in nou. Te. exiſtens dicitur regale ſacerdotiũ vt hic, in quo ponitur ſacerdotiũ in ſubſtantiuo tanq̃ principale, & regale in adiectiuo ſicut minus principale, qa ſacerdotiũ nouæ legis eſt pfectiſſimũ, p qđ Chriſtus immolatur. de eccleſia tñ ſuperiori vbi hæ dignitates ceſſant, dr̃: Feciſti nos Deo noſtro regnum & ſacer, Apo. v. c. quia ibi nulla eſt pẽminentia ratione dignitatis ſacerdotalis ſeu regalis, niſi ſecundum propria merita perſonalia.

In eo. c. vbi dicitur in Poſt. Qui aliquãdo non populus Dei &c.

ADDITIO II.

Hoc, quod dicit beatus Petrus Qui aliquando non populus Dei poteſt bene dirigi ad conuerſos de perfidia Iudaica, in qua exiſtentes non erant populus Dei, & nunc per gratiam baptiſmalem facti ſunt populus Dei. Vnde ex hoc non habetur, quod beatus Petrus epiſtolam iſtam ſpecialiter ſcripſiſſet conuerſis de Gentilitate, prout vult Poſtillator. nec obſtat qđ autoritas iſta ſit ſumpta ab Oſee. ij. ubi agit ad literam de vocatione Gentium. nam etſi ibi ſic accipiatur, hic tamen allegatur per ſimile ad uocationem Iudæorum ad fidem Chriſti recipiendam & eius ſacramenta. unde in hoc loco dicit gl. quod in hoc verſu. ſ. aliquando non populus, myſtice recordatur veteris hiſtoriæ, & hanc in nouo populo impletam ſpiritualiter docet. hæc in gloſſa.

In eo. ca. ubi dicitur in Poſtil. Et non quaſi uelamen habentes maliciæ libertatem.

ADDITIO III.

In hoc quod dicitur: Velamen maliciæ. poteſt intelligi ignorantia, quæ eſt quaſi velamen occultãs factum. unde cum aliquis ignorat vult ut excuſationem peccati habeat ſecundum illud Iob. xxi. b. Scientiam viarum tuarum nolumus. talis ignorantia affectata proprie dicitur uelamen maliciæ libertatis, quia per illam quos uult liberos eſſe a iuſticia &c.

GLOS. ORDIN. CAP. III.

a *Similiter & mulieres.* Vr̃ q mulieres eorũ, q in tribulatione erãt, ↄtẽnebãt uiros ſuos, & etiã ut aliis placerent ſe pulchre ornabant, hoc fieri prohibet.

b *Vt & ſi qui &c.* Ita bonas mulieres uult uiris incredulis ſubdi, ut non ſolũ nihil mali ad imperium eorũ faciãt, ſed ẽt in tã ſctã cõuerſatione perſiſtant inſuperabiles, ut ipſis uiris etiam exemplum ſint charitatis, caſtitatis & fidei.

c *Quarum non ſit.* Quare cultus non ſit capillatura, aut aurum circundãs, aut nõ ſit cultus veſtimẽtorũ indumenti i. nõ ſint feſtiua ueſtimenta, qb. induãtur. Sed ſit vobis ornatus hõ cordis ĩterior ſoli Deo notus, in ĩncorruptibilitate ſpũs, ſpũs dico quieti ab impugnatiõe vitiorũ & modeſti, ne ſupbiat q talis ſpũs etſi hominibus non patet tamen in conſpectu Dei eſt diues. (Col. 3. c; Ephe. 5. c; † cum reuerentia)

d *Aut circundatio.* Sicut Cyprianus ait Serico & purpura indutæ, Chriſtum induere non poſſunt Auro & margaritis & monilibus adornatæ ornamẽta cordis & corporis perdiderunt. Qđ ſi Petrus mulieres quoque admonet coercendas & ad eccleſiaſticam diſciplinã religioſa obſeruatione moderãdas, quæ excuſare cultus ſuos poſſunt per maritum, quanto magis id obſeruare virginem fas eſt, cui nulla ornatus ſui competit venia, ne diuertere poſſit in alterum mendaciũ culpę, ſed ſola ipſa remaneat in crimine. Quia exterior hõ ueſter corruptus eſt & btitudinẽ integritatis, quę proprie eſt virginitatis, habere deſtitiſtis, imitamini ĩcorruptionẽ ſpũs p abſtinẽtiã, & qđ corpore non poteſtis, mẽte præſtate. Has. n. Chriſtus diuitias, & hos ueſtrę coniunctionis q̃rit ornatus Apud Pythagorã naturali ſcientiæ lege dictãte eadẽ ſñia inuenitur. Vera ornamenta matronarum pudicitiã, nõ ueſtes eſſe. († Ge. 18. b; * factæ; † terriæ vllo pauore)

e *Viri.* Sicut pcepi vxoribus, ut per ſãctã conuerſationem ſuã lucrifaciant maritos, & ſeruiant illis. Similiter præcipio uobis o uiri, ut per ueſtram conuerſationem lucrifiant mulieres, & cuſtodite eas, vos dico cum illis, reddendo debitum, cohabitantes Et hoc ſecundum conſcientiam, non in paſſionibus deſiderii ſed ſicut Deũ intelligimus velle. ſ. vt generetis filios in cultũ vnius Dei, vos dico ĩpertiẽtes honorẽ vaſculo muliebri, quaſi ĩfirmiori, & in ueſtib. & in aliis neceſſariis eis prouidẽtes. & ſi aliqñ placet illis a coitu ceſſare, impẽdite honorem, quia infirmiores ſunt. Impẽdite etiã tãquam cohæredibus gratiæ in pñti datæ a Deo, & uitæ dãdæ in futuro, uel uitæ p gr̃a dãdę ¶ *imper-*

CAP. III.

¶ Sicut ſerui dominis propter Deum. a ¶ Patientes cum ſponſis, uel ab ipſis ſponſis.

S † Imiliter & † mulieres ſubditæ ſint uiris ſuis, ut † etſi qui

¶ Non adulteris. a ¶ Mariti.

a ¶ Euangelii. b ¶ Bene ſe habentium & humiliter patientium omnia.

non credunt uerbõ, per muliẽrum

a ¶ Prædicationis. b ¶ Conuertantur ad fidem.

conuerſationẽ ſine uẽrbo lucrifiant,

a ¶ Tantummodo.

conſiderãntes † in timore ſanctã con

a ¶ Habitam in timore Dei conſeruato.

uerſatiõnem ueſtram. Quarum non ſit extrinſecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti ueſtimentorum cultus, ſed qui abſconditus eſt homo cordis in incorruptibilitate quieti & modeſti ſpiritus, qui eſt in cõſpectu Dei locuples. Sic

a ¶ etiam ante tempus gratiæ.

enim aliquãndo & ſanctæ mulieres

a ¶ Non in ornatu veſtium.

ſperantes in Deo õrnabant ſe ſubie-

a ¶ Etiam in his, quæ grauia videbantur.

ctæ propriis uiris. † Sicut Sara õbe-

a ¶ Ex reuerentia.

diebat Abrahæ, dominũ eũ uocans,

¶ Honorando maritos.

cuius * eſtis filiæ benefaciẽtes, & non

¶ Non inde perturbemini ſi aliquid mali infertur a maritis

† pertimẽtes ullã perturbationẽ. Viri ſimiliter cohabitantes ſecũdũ ſcien

*duas, quia primo mulieres informat de debita ſubiectione. ſecundo de honeſta compoſitione, ibi: Quarũ ſit. Circa primum dicit:* Simil. & mu. *In hoc continuat ſe ad partem præcedentem, in qua agitur de ſubiectione ſeruorum ad dominos ſuos.*

b Vi. ſu. *in quibus magis uiget ratio q̃ in mulieribus, propter quod ad eos pertinet regimẽ & adminiſtratio domus*

c Vt & ſi qui. *ſ. uiri.*

d Non cre. uer. *prædicationis.*

e Per. mu. con. *i. per uxorum ſuarum conuerſationem ſanctam.*

f Sine uer. *prædicationis communis.* († vxores)

g Lucrifiant. *i. conuertantur ad fidem ſecũdum quod dicitur. i. Cor. vij. c. Sanctificatus eſt uir infidelis per mulierem fidelem.*

h Conſiderantes. ſanctam con. ue. *O uos mulieres.* († etiã qui)

i In ti. *filiali ipſius Dei. & mutatur hic modus loquendi de tertia perſona ad ſcđam, qđ fit frequenter in ſacra ſcriptura.*

k Quarũ. *Hic cõſequẽter agit de mulierum compoſitione, quæ debet eſſe honeſta & non curioſa. ideo dicitur:* Qua. n. ſit e. c. *i. non ſit extrinſecus apparens videntibus, quia hoc eſt ad prouocationem incontinentiæ.*

l Aut cir. a. *i. ornamẽta aurea circa caput ſuum, ſicut coronæ æternæ, & huiuſmodi.*

m Aut i. u. *Iungitur ſic litera, Aut cultus. i. ornatus indumenti ueſtimentorum. i. indumenti nimis præcioſi aut curioſi, propter qđ dicitur indumentum veſtimentorum, per excellentiam, ſicut roſa dicitur flos florum.*

n Sed q ab. e. ho. c. *i. mens ipſa, quæ dicitur homo interior. Licet is, q de foris eſt, homo noſter corrumpatur, tamen is, qui intus eſt, renouatur de die in diem. nam eſt incorruptibilis. & dicitur homo interior in muliere ſicut in uiro, quia communis generis eſt homo. unde uerſus: Eſt communis homo pariter cum uirgine latro.* (2. Cor. 4. d)

o In i &c. ſpi. *dicitur autem ſpiritus humanus quietus, quãdo nõ pturbatur a paſſionib. concupiſcibilis & iraſcibilis. & dicitur modeſtus, quãdo in actib. humanis tenet modũ debitum ſecundum moderamen rectæ rationis. primum fit per uirtutes morales, quę sũt circa paſſiones. ſcđm ãt p virtutes circa operationes, ſicut iuſticia, liberalitas. & hmõi, & quia iſtæ ſunt veræ diuitiæ ſicut dicit Gre. Veræ diuitiæ ſunt, quæ nos diuites virtutibus faciunt. ideo ſubditur:* Qui eſt in con. dei l. (Lib. hom. in euang. hom. 8. tom. 2.)

p Sic e. *Hic conſequenter inducit exemplum ad ſuum propoſitum de ornatu & ſubiectione mulierum, di.* Sic e. ali. *i. tempore præterito.*

q Et ſanctæ m. ſ. in Deo. *& non in labili mundo.*

r Ornabant ſe. *ornatu uirtutum interiori, & parũ curabãt de exteriori*

s Subiectæ pro. ui. *eis obediendo in licitis & honeſtis.*

t Sicut S ob. Ab. *unde Gen. xviij. ad eius dictum celeriter commiſcuit ſimilas, faciens inde panes.*

u Dominum eum uo. *vnde & ibidem dicitur. Poſtquam conſenui & dominus meus uetulus eſt, voluptati operam dabo.*

x Cuius eſt fi. bene. *quia ſic eam imitamini tanquam matrem.*

y Et non p. ul p. *q. d. ſic eã imitando non habetis timere, quod per nos erga uirum vel familiam ueniat aliqua turbatio.*

a Vi. ſ. *Hic cõſ. q̃nter ĩſtruit uiros di.* Vi. ſi. c. ſ. ſ. *Aliqui exponunt hanc cohabitationẽ de redditione debiti, q̃ debet fieri ſcđm conſcientiã, ut nõ*

NIC. DE LYRA. CAP. III.

*S*Imi. & mu. *Hic conſequenter informat exiſtentes in ſtatu coniugali. & ſcđo reuertitur ad informandum omnes in generali ibi: In fide ãt omnes unanimes. Prima in duas: quia primo informat ſexum muliebrẽ. ſcđo virilem ibi: Viri ſimiliter. Prima adhuc in duas,*



¶ *non moueãtur*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E a *Impertientes.h* Si abſtinemus nos a coitu,honorẽ tribuimus ſi non abſtinemus, pſpicuũ eſt honori cõtrariũ eẽ concubitũ
b *Vt non im.o.u.* Impediri orationes officio coniugali commemorat,qa quotiẽcũque uxori debitũ reddo, orare non poſſum Quod ſi iuxta Apſi ſermonẽ ſine intermiſſione orandũ eſt, nunquam ergo mihi coniugio ſeruiendũ eſt,ne ab oratione,cui ſemper inſtare iubeor, vlla præpediar hora.
c *In fi.a.o.una.* Diuerſas pſonas,diuerſas ɔditiones, diuerſos ſexus docui,iã nũc oẽs cõiter admoneo ĩ cã dñicæ fidei,unũ cor & vnam aĩam habeatis.
Act. 4.f
d *Non red.* Non ſolum ceſſetis reddere malum pro malo,ſed etiam promaledicto date benedictionem.
Rom. 12.c
e *Quia in h.* qa prohibuerat malum p malo reddere,ſed potius maledicentibus bñdicere iuſſerat, recte pphetico teſtimonio aſtruit fraterna ĩſpectione & bonos ſp & malos uideri, vt meminerimus, & patiam nrã,qua patimur malos,nrãm bñuolẽtiã,q̃ pſeq̃ntibus bona optamus, eterno pmio munerãdã, & pſecutores digno plectẽdos ſupplicio.ſi uero pęnituerit, nos quoque pro ipſorum ſalute, quam precabamur,coronam accepturos.
† In ſumma
† Pro 20.e Rom. 12.d
f *Vt be.* Dicẽte iudice,Venite bñdicti p.m.p.r. Vel benedictio,qua ſcti in futura uita bñdicent Deũ.Qd ergo qſq; in futuro venire deſiderat,hoc in pñti meditari & agere ſatagat, conditorem & fratrem benedicat & ſe dignũ fraterna benedictione reddat.
Mat. 25.c
g *Et quis eſt.* Iõ debetis a malo declinare & facere bonũ,qa nemo pt uos retrahere a bono, nec a corona,ſi pſiſtere volueritis,imo pſũt,dũ nocere uolũt.*Et q.* Si uerba cõtumelioſa, ſi rerũ dãna,ſi ĩferũt tormẽta,ñ nocẽt,ſed patiam vrãm exercẽt. Si qs ãt his victus deficit,ñ ille,q malũ ĩtulit,ſed ipſe,qui malũ non ptulit,nocuit. Tẽtaĩ oĩs domus & ea,q̃ ſuper petram, & ea,q̃ ſupra arenã fundat,ſed uniformitas fundamenti coronam perſeuerantiæ tribuit,alteram fragilis ſtructura ſtrauit.
F
† reſpectus
h *Timorẽ a.* In futuro eritis bti,in pñti ãt ne timueritis timorem eorum.i illa quæ in eis poſſunt uideri timenda, ut regia poteſtas,& huiuſmodi.
i *Dominũ a.* Sctitatẽ Chriſti, q̃ ſit incõphenſibilis gloriæ,intimo cordis affectu intuemini,& ſic ipſum Chriſtum ſctificate ĩ uobis,ut nõ a memoria nõ ab amore recedat. Qui hãc ſctitatem non cõſiderat,deficit ad ĩſidias hoſtis
k *Oĩ poſ.* Volenti mutuo accipere rõnabiles pecunias, non negemus. Vnde Paulus, In ſapientia ambulate pp eos,qui foris ſunt, ſcientes quomodo oporteat ſingulis reſponderi. Foris n. exiſtentes. i. nondum fideles uolunt aliquid cognoſcere de ſpe,quæ in uobis eſt.Qui ergo eccleſiaſtico pręeſt magiſterio doceat patientes,obſtruat reſultantes.
Col. 4.a
† reſpondẽdum cuilibet petenti, ut loquimini de ea

a tiam, quaſi infirmiori uaſculo mu- a b c
a liebri, impertientes honorem tan-
a ¶Ideo ita modeſte vos habete cum vxoribus, ut non in o.ve.Si enim diſcordes eſſetis,orationes ueſtræ nõ placerent.
b quam cohæredibus gratiæ uitæ, ut d
non impediantur orationes ueſtræ.
a ¶Vt nec cogitatione diſrumpetis.
c † In fide autem omnes unanimes, e
a ¶Vt alter alterius onus & infortunium ſuum putet. b ¶Ne deſtruatis fraternitatem,ne per hoc a fide liberius recedatis.
compatientes, fraternitatis amato- f g
a ¶Condonando peccata,impendendo elemoſynas,& de his ne ſuperbiatis. b ¶Omni a cum modo ſapientes
res, miſericordes, † modeſti, humi- h i k
a ¶Quod ſecundum iuſticiam ſeculi iuſti videtur poſſe fieri. b ¶In actu.
d les, † non reddentes malum pro ma- l
a ¶In verbis.
lo, nec maledictum pro maledicto, m
e ſed econtrario benedicentes, quia n o
f in hoc uocati eſtis, vt benedictionẽ p
a ¶Qui vult oſtendere ſe benedictionem habere.
hæreditate poſſideatis. † Qui enim q
a ¶Cum in hoc ſeculo dies mali.
uitam uult diligere, & dies uidere r
¶Interius non cremur [illegible].
bonos, coerceat linguam ſuam a ma- s
a ¶Exterius ne proferat aliquid doloſum.
lo, & labia eius ne loquantur dolum t
a ¶ etiam occulto exterius datur ut peccet.
Declinet autem a malo, & faciat bo- u x
a ¶Vt rem abſconditam. b ¶Cum Deo, cum fratre. c ¶Vt rem fugitiuam.
num : inquirat pacem, & perſequa- y z
a ¶Reſpectus miſericordiæ.
tur eam: quia oculi domini ſuper iu- a
a ¶Propter celerem effectum.
ſtos, & aures eius in preces eorum: b
¶Iudicium,uel manifeſtatio.
† uultus autem domini ſuper facien- c d
a ¶Vel puniendo eos,uel reddendo aliis.
g tes mala. Et quis ẽ qui uobis noceat, e
a ¶Non ſolum non nocet quod a malis irrogatur.ſed etiam prodeſt,quia patientiam exercet
ſi boni æmulatores fueritis ? † Sed f g
a ¶Tenendam uel aſſequendam.
etſi quid patimini propter iuſticiam
a ¶Recedendo a fide & dilectione.
h beati. Timorem autẽ eorũ nẽ timue- h
i ritis, ut non conturbemini. Domi- i k
num autem Chriſtũ ſanctificate in l
cordibus ueſtris, † parati ſemper ad m
k † ſatisfactionem omni poſcenti uos

tio,ad ſeipſum.ca.ſe.Prima in duas,quia primo ordinat eos ĩ collatione boni ſecundo in poſſeſſione mali ibi: Nõ reddẽtes.Circa primũ dicitur.In fide Fides ãt accipitur uno mõ, ut eſt uirtus theologica. & ſic inducit eos ad vnitatẽ eccleſiæ,ut non ſint inter eos ſchiſmata. Alio modo,ut eſt uirtus moralis & ſic fides idẽ eſt quod fidelitas.et hoc mõ inducit eos ad vnitatem fidelitatis mutuæ. & quod ſubditur in aliquibus libris, In oratione eſtote.nõ eſt de textu,nec in libris correctis.
G
f Compa. adinuicem ſicut membra unius corporis myſtice ipſius Chriſti. per hoc enim alleuiatur ille,qui patitur,cum percipit alios ſibi compatientes, ſicut ſuſtinens graue pondus corporale, quando alij cum eo oneri ſe ſupponunt,vt dicit Philoſophus.
g Fraterni.ama.i. communitatis fidelium, quia licet quilibet per ſe ſit diligendus, tamẽ magis eſt communitas diligenda.
h Miſe. elemoſynas indigẽtibus tribuẽdo.
i Modeſt. in oĩb. modum debitum tenendo.
K Humi. vt nõ de pdictis bonis p ſupbiam eleuemini,ſed totum attribuatis gratię Dei.
l Non red. Hic cõſeq̃nter ordinat fideles in ppeſſione mali, ĩ quo qs pt dupliciter deordinari.uno mõ p audaciã uicẽ repẽdẽdo. alio mõ per timorẽ in puſillanimitatẽ decidendo Igitur primo remouet primũ . ſcdo ſcdm ibi: Et qs eſt. Prima in duas:quia primo monet uicẽ non rependere . ſecundo inducit ad hoc autoritatẽ ſcripturæ,ibi:Qui enim.Circa primum dicit:Nõ re.ma.in factis iniurioſis.
m Nec ma p.m.i. uerbis contentioſis.
n Sed e.b. huius rationem aſſignat di.
o Quia in h.u.e ad fidem catholicam.
p Vt benedi. hę. p. quæ non datur maledictis:propter quod dicit Saluator.Benedicite maledi.uobis.
† Pſ. 33.e Iaco. 1.d
Luc. 6.d
q Qui.n.ui Hic conſeq̃nter inducit ad propoſitũ autoritatẽ ſcripturæ,di. Qui enim uult uitã diligere.ſ. btãm,in qua nullus moritur.
Pſ. 33.
r Et di. ui. bo. in beatitudine cæleſti, ubi dies noctibus non interrumpuntur.faciat ſup ple quod ſequitur:
H
s Coer. lin. vt non reddat maledictum pro maledicto in aperto.
t Et la.lo. contra maledicentem ſibi machinando malum in occulto.
u Decli ãt a ma. in opere.
x Et fa.b. Hę ſunt enim duæ partes iuſticiæ.
y Inquirat pa. cum proximo,etiam iniurioſo,Ro.xii. d. Quod ex vobis eſt, pacem cum omnibus hominibus habentes.
z Et perſe.eam. i.perfecte ſequatur. & ſubditur ratio cum dicitur:
a Quia o. &c. iuſ. ſicut ſuper ſpiritualiter dilectos.oculus enim dirigitur ad id,quod ſpecialiter amatur.
† Mat. 12
b Et au.eius in pre.e. tanquam paratæ ad exaudiendum.
c Vultus a.d. ſ. iræ & indignationis. unde in Hebræo ſic habetur:Iræ domini.
d Super fa.ma. ad eos puniendum.unde in Pſ. ſubditur:Vt perdat a terra.ſ. viuentium memoriam eorum.
† 35. diſt. qui eccleſiaſtici

¶ Rationem

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *non moueatur ad hoc libidine,ſed prolis amore ad Dei cultum educandæ.Poteſt etiam exponi vt magis conſonet præcedentibus & ſequentib. ut videbitur de cohabitatione domeſtica,in qua mulier debet eſſe ſubiecta,ut dictum eſt.& eodem modo uir, qui præeſt,debet præeſſe ſecundum ſcientiam,ita quod non tractet uxorem ſicut ancillam, ſed ſicut ſociã. vnde & mulier facta eſt de latere uiri, ideo ſubditur,*
Gen. 2.
a Quaſi in. *Nam mulieres infirmiores ſunt uiris corpore de communi curſu.& etiam mente,quia minus uigent intellectu & ratione.*
b Impet.ho. *eis prouidendo de uictu & ueſtitu ſufficienti , & honeſte ſecundum ſtatum & proprias facultates.*
c Tã.c.g. *vitæ btẽ ad q̃ p gratiã puenitur.ex quo.n.vir et uxor sũt cohęredes uitę futuræ,dẽt ĩ pñti ſocialiter et amicabiliter cõuiuere.iõ ſubdit*
d Vt non im. *Nam cum uir & uxor non ſunt bene concordes, minus poſſunt orationi vacare,& eorum orationes ſunt minus exaudibiles.*
e In fi. *Apoſtolus hic reuertitur ad informandum omnes communiter ordinando primo eos ad proximum.ſecundo ad Deũ,ibi:Dominũ aũt.tertio,ad*

e Et quis eſt. *Hic conſequenter remouet timorem inordinatum,per quẽ homo cadit in puſillanimitatem & frangitur per inconſtantiam , di.* Et q.e.q.u.no. *vos perſequendo.*
f Si boni æmu.fu. *q.d. nullus eſt.hic boni genitiui caſus & neutri generis.amatorib.n.boni & imitatorib.quod importatur per ęmulari,(vnde verſus: Aemulor,inflatur,amat,inuidet ac imitatur ) perſecutiones non ſunt ad detrimentũ ſed magis ad virtutis augmentum.ideo ſubditur:*
g Sed & ſiquid pa.&c.beati. *ſupple eſtis in ſpe , & poſtea eritis in re ſi perſeueretis.ideo concludit:*
h Timorem autem &c.ne ti. *timore deijciente a bono virtutis.*
i Vt non contur. *impatienter aduerſa ſuſtinendo.*
k Dominum autem. *Hic conſequenter ordinat fideles ad Deum.& ſecundo inducit exemplum,ibi: Quia Chriſtus. Ad Deum autem bene ordinatur homo per fidem charitate formatam , & hoc in tribus. Primũ eſt,quod hæc fides in eius corde firmetur:& quantum ad hoc dicit :* Dominum autem Chri.ſanctifi. *i.firmate.Sanctum enim in una ſignificatione idem eſt,quod firmum.*
Homo per fidem ordinatur ad Deum in tribus.
l In cordib.u. *ſibi firmiter adhærendo,quia firmus eſt in ſeipſo . Secundum eſt.vt hæc fides ad alios deriuetur.& quantum ad hoc ſubdit:*
m Para.p ad ſ.o.p *q̃ fit dupliciter.Vno mõ fideli ſimplici,q petit a magis pfecto in fide plenius erudiri.Alio mõ infideli fidem irrationabilem*
Luc. 21.d

¶ reputanti



A a *Rationem* Duobus modis de ſpe noſtra & fide rõnẽ dẽmus reddere, vt q̃rentibus fideliter vel infideliter rectas cãs ſpei & fidei intimemus:& ipſam fidẽ & ſpẽ inter pſſuras illibatam teneamus, oſtendentes per patientiã, qua rõnabiliter eã cõſeruãdam didicimus,pro cuius amore nec aduerſa pati,nec mortem ſubire formidamus.
b *Sed cum m.* In ipſa doctrinæ ſcia qualitatẽ docẽdi monet obſeruari, vt humilitas & viuẽdo et loquẽdo mõſtret.
c *Vt in eo q̃ de.* Vel curate benefacientes,vt q ueſtræ bonæ cõuerſationi detrahunt,veniente tpe retributionis cõfundantur,uidentes vos cum Chriſto coronari,ſe cum diabolo damnari.
† manſuetudine & reuerentia
d *Melius eſt.* Ita debetis calumniatores pati & confundere, quia tutius eſt vobis pati pro benefactis, q̃ pro malefactis. Hic illos arguit, qui cũ pro culpis arguũtur a fratribus,vel ẽt penis coercentur,patienter tolerant, ſed ſi abſq; culpa aliquid eis infertur a fratribus: mox prorumpunt in iracũdiã,& q hactenus videbantur innoxij per impatientiam & murmurationẽ, reddũt ſe noxios. Vtilius fuit Tobiæ percuti cæcitate ſine culpa,ut probaretur eius patiẽtia,q̃ Elymæ mago,qui pro perfidia percuſſus a creditorum demẽtatione remouet & æternæ ultioni pparatur.
† Rom. 5.b Heb. 9.g. De cõ diſ. 1. ſufficit & diſt. 2.c. ſemel.&c.
¶Chriſtus. ¶i. humanitatem ſibi uniuit.

gelus uenit, & ſtetit ante alta- f

¶i. apoſtolos.

e f re habens thuribulum aureum: g

a ¶A ſanctis offerūtur Chriſto. b ¶Orōnes Deo delectabiles

† & data ſunt ei incenſa multa, h

*hæreticos dictos extenſo noīe. ca. xv. Prima adhuc in duas. Nā p̄rīo agitur de inuentoribus hereſum. Sc̄do de fautorib. eorū, ca. ſe. P̄rīa adhūc ī duas, quia p̄rīo continuat ſe prædictis. Sc̄do exequitur de hæreticis, ibi: Et ſeptē angeli. In p̄cedenti vero p̄te duo ſunt dicta de ſtatu eccleſiæ. ſ. p̄ſecutio tyrānorū, & cōſolatio ſequēs p̄ Conſtantinum. Primo ergo ſe cōtinuat primo. Poſtea ſc̄do, ibi: Et angelus. Circa primū ponitur quædā breuis p̄ſecutio poſt t̄ps Cōſtātini excitata p̄ Iulianū apoſtatam qui interfecit Paulum & Iohannē & plures alios, & multa mala & damna intulit Chriſtianis. & de ipſo dicitur hic:* D

b Fa. e. ſi. in. cæ. *i. in eccleſia militante, quę frequenter in libro hoc cælum nominatur, ut prædictum eſt. Iſte enim Iulianus præcepit eccleſias claudi, p̄hibēs diuinū officiū ſolēniter celebrari: et ſic factū ē ſilētiū ī cęlo. Quia tamē Iulianus apoſtata parū īperauit. ſ. āno vno & ſex menſib. ſc̄dm Hier. iō ſubditur:*

c Quaſi me. *Nam ipſo in bello Perſarū interfecto apertæ fuerunt eccleſiæ & cœpit religio Chriſtiana gaudere, vt habetur in legenda ſanctorum martyrium Iohannis & Pauli. Conſequenter ponitur continuatio ad ſequentia, cum dicitur:*

d Et uidi ſe. *De iſtis vero ſeptem angelis & eorum tubycinijs dicetur in ſequentibus ſigillatim.*

e Et alius ang. *Hic ponitur continuatio ad ſecundum præcedens, quod fuit eccleſiæ liberatio per Conſtantinū, ad q̄ ſecuta fuit eccleſiarum ædificatio, & diuinorum ſolēnis celebratio. Ad hanc autem celebritatem addit Damaſus papa, qui ſatis cito poſt tempus Iuliani apoſtatæ præfuit eccleſiæ Romanæ, & ordinauit per omnes eccleſias pſalmos die noctuque canere, & ut in fine pſalmorum diceretur: Gloria patri & filio &c. Propter quod de ipſo dicitur:* Et alius ang. *ſ. papa Damaſus, qui fuit alius à ſeptem prædictis.* Pſalmorum cantus inſtitutio

f Venit & ſtetit ante altare. *Quia præfuit eccleſiæ Romanæ.*

g Habens thuribulum aureum. *i. cor Deo deuotum, ſecundum illud Pſal. Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo.* Pſal. 140. a

h Et data ſunt ei incenſa mul. *quæ ſunt orationes ſanctorum. nam*

¶ *per auto-*

## NIC. DE LYRA. CAP. VIII.

ET cum a. *Poſtquam ſuperius in apertione ſex ſigillorum deſcripta eſt eccleſiæ pugna contra tyrannos, vt patet ex prædictis hic cōſequēter deſcribitur eccleſię pugna cōtra hæreticos ſub apertione ſeptimi ſigilli. Iſta tamen diuiſio non eſt præciſa. nā a t̄pe apoſtolorū contra eccleſiā inſurrexerūt hæretici, vt patet ex ſupradictis in apoſtolorum epiſtolis, & poſt tempus Conſtantini fuerunt, & erunt aliqui tyranni. ſed hæc diſtinctio accipitur ſecundum illud quod principaliter deſcribitur in præcedentibus & ſubſequentibus. Hæretici vero futuri ſunt inter Chriſtianos vſque ad finem mundi, ſicut oſtendit Saluator*

Mat. 13. *p̄ pabolā zizaniæ ſeminatæ in medio tritici, quā noluit eradicari vſq; ad meſſem, p̄ quā intelligitur t̄ps iudicij. propter quod pars iſta in generali durat vſq; ad finē ſeu terminū huius libri. Et diuiditur in tres p̄tes. nam p̄rīo deſcribitur ſtatus eccleſiæ iudiciū præcedens. Sc̄do iudiciū concomitās, xix. ca. ibi: Et uidi thronū magnū. Tertio ſubſequens, ibi: Et ego*

Diuiſio *Iohannes. Prima p̄s diuiditur in duas partes. Nam primo deſcribitur pugna inter eccleſiam & hæreticos dictos proprie. Sc̄do inter ipſam & hæreti-*

### MORALITER.

* b *Et cum aper.* Literaliter hoc expoſui de tempore Iuliani apoſtatæ, qui claudi fecit eccleſias, ne ſolenniter celebrarentur diuina per quem quantum ad hoc ſignificatur prælatus, qui terram ſupponit interdicto ſine ratione bona.

*f Et a. a. u. & ſte. an.* quia ad literam dicitur fuiſſe Damaſus papa, qui ordinauit vt clerus die & nocte caneret pſalmos in eccleſijs. & per ipſum ſignificatur quilibet ſuperior religioſus vel ſecularis, q̄ ſollicitus eſt de diuinis deuote celebrandis. Ideo ſubditur:

*i Et data ſunt ei incenſa multa.* per ſe & alios deuotos. Et quia



* non ſolum

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *De orationi.* dixit, non orationes, quia non omnes repræſentat pri, ſed eas exaudit, q̃ ad ſalutem ptinẽt. *De orationi.* Quia illi aliquando petunt quod petendum non eſſet, ut Paulus. 1. Cor. 12. b

b *Super aure. altare.* i. illi, qui eſt ſupra ſe ſecundum humanitatem, ſecundum quam eſt altare. ſ. trinitatis.

c *Fumus.* Compũctio procreata orationis ſtudio, igne viſionis Dei interius accenſa.

d *Et accepit & impleuit.* Quos acceperat ad illuminandum, Chriſtus accipere dicitur ad illud officium.

e *Præparauerunt.* i. prius impleuerunt opere, quæ dicturi erant ore. Vel, *Præparauerunt.* i. præuiderunt quid conueniret vnicuique perſonæ.

f *Et primus a.* Ordine narrationis, vel quia hæc cæcitas Iudæorum prius cõtingit prædicantibus apoſtolis.

g *Et fa. eſt grando.* i. prædicatio aliis ſuauis, vita eſt eis condenſa & grauis.

h *In terram.* Iudæi terra exculti per legem & prophetas.

i *Et tertia par.* Duæ partes iuſtorum perfecti & minus perfecti. omnes vero reprobi in tertia parte intelligendi ſunt.

k *Arborum.* Arbores maiores Iudæi, qui in lege ſine querela cõuerſabant.

l *Et ſecundus angelus.* ſecundum ordinem narrationis, & ſecundum quod impletum fuit, Iudæis enim excæcatis, & apoſtolis ad Gentes conuerſis.

*In mare.*

¶Repreſentaret eas patri.
a ut daret de orationibus ſanctorum a
a ¶i. in beneplacito ſedentis in throno.
b omniũ ſuper aureum altare, quod
¶Quia ita illi ſunt data.
c eſt ante thronum Dei. Et aſcendit fu
¶Procedens.
mus inceſorum de orationibus ſan-
a ¶Operatione. ¶Vnde aſcendit. ¶Chriſto exeunte.
¶Vel Chriſtus eſt manus Dei, per quem omnia fecit.
ctorum de manu angeli coram Deo
¶Vbi.
d Et accepit angelus thuribulum, & b
a ¶De eodem ſpiritu quo ipſe plenus erat.
impleuit illud de igne altaris, & mi- c
a ¶i. in illos qui erant apti ferre fructum. b ¶Ab illis. c ¶Minæ.
ſit in terram, & facta ſunt tonitrua, d
a ¶Suaſiones. b ¶Miracula. c ¶Quibuſdam ad bonum. quibuſdam ad malum.
& uoces, & fulgura, & terræmotus e f
a ¶Vniuerſi prædicatores apoſtolos imitantes.
magnus, & ſeptem angeli, qui habe- g h
¶Officium prædicandi.
e bant ſeptem tubas, præparauerunt
¶i. chorus apoſtolorum in Iudæa,
f ſe, ut tuba canerent. Et primus ange- i k
a ¶Terribiliter malis, ſuauiter bonis. b ¶Ideo nati ſunt contra prædicatores. ¶i. flagelli perſecutionis exterius.
g lus tuba cecinit. Et facta eſt grando l m
¶Interins. a ¶Quia hæc duo fuerunt cauſa ut interficerent eos b ¶Etiam iſtud totum. i. grando, ignis, & ſanguis miſſus eſt. ¶i. per iram Dei.
& ignis mixta in ſanguine, et miſ- n o
¶i. omnes reprobi.
h ſum eſt in terram, & tertia pars p
¶Terrenis deditorum. ¶Malorum præponderat.
terræ combuſta eſt, & tertia pars q
a ¶i. maiorum q. ſ. quantum ad prælatos, qui nec contemplatiui, ne actiui, ſed terrenis dediti. b ¶A Deo excæcata & a miniſtris eius damnata.
k arborum concremata eſt, & omne r
a ¶i. omnes in flore mundi requieſcentes, & cito ardentes. i. luxurioſi. ¶Tempore martyrum.
l fœnum uiride combuſtum eſt. Et s
a ¶Ordo prædicatorum. ¶Gentibus.
ſecundus angelus tuba cecinit, & t u
a ¶ſ. ratione tumoris, b ¶Diabolus mons pro elatione. c ¶Inuidia.
tanquam mons magnus igne ar- x

## NIC. DE LYRA.

¶ *per autoritatem apoſtolicam a Deo ſibi datam orationes ſanctorum augmentatæ, & multiplicatæ ſunt per orbem.*

F

a Vt daret de orationibus ſanctorum omnium &c. *Ad ſummum enim pontificem pertinet referre deuotionem populi in Deum, cum ſit caput uniuerſalis eccleſiæ.*

[margin: & tertia pars terræ combuſta eſt]

b Et accepit angelus thurribulum, & impleuit illud de igne alta. *Nam a Deo accepit donum feruidæ charitatis.*

c Et miſit in terram. *Quia ex feruore charitatis a Deo acceptæ, induxit ad feruorem deuotionis habitatores terræ, vt dictum eſt.*

d Et facta ſunt tonitrua. *ſanctæ prædicationis.*

e Et uoces. *diuinæ laudis.*

f Et fulgura. *corruſcationum in miraculis. Nam illo tempore multi prælati & alij deuote habuerunt gratiam miraculorum in eccleſia Dei.*

g Et terræmotus magnus. *Nam per iſta mota fuerunt corda terrena ad operationem boni. Conſequenter ponitur continuatio ad ſequentia, cum dicitur:*

h Et ſeptem angeli. *De quibus ſtatim dicetur poſtea.*

i Et primus ange. *Hic conſequenter exequitur de hæreſiarchis. & licet multi fuerunt, tamẽ de quatuor tantũ facit expreſſam mẽtionẽ, contra quos quatuor generalia concilia & principalia fuerunt congregata. Et ſecundum hoc diuiditur in quatuor partes, quæ patebunt proſequẽdo. In hac prima fit mentio de Arrio. qui ſuperbia inflatus errorem aſſeruit contra articulum ſanctæ trinitatis, dicens, q ſicut pater & filius & ſpirituſſanctus ſunt diſtincti in perſonis, ita etiam in eſſentiis. Et ſic ſolus pater eſſet verus Deus, filius & ſpirituſſanctus creaturæ, & neuter poſſet dici Deus, niſi tantum participatiue. Contra hunc errorem congregatum eſt generale concilium. cccxviii. epiſcoporum in Nicæa ciuitate Bithiniæ, & condemnatum eſt ibi dogma peruerſum Arrij. Non tamen ab errore deſtiterunt plures eius diſcipuli, ſed eum renouantes infecerunt etiam plures principes & imperatores perſecutionem contra catholicos mouentes, ut in ſequentibus apparebit. De hoc igitur Arrio dicitur:*

[margin: Diuiſio Arrius]

k Et primus. *id eſt Arrius. Nam homines mali ita nominantur in hoc libro angeli ſicut & boni, vt dictum eſt in principio capi: præcedentis.*

l Tuba ceci. *Cum magno boatu & ſuperbia dictã hæreſim publicãdo.*

m Et facta eſt grando. *i. grandis tempeſtas, quæ nomine grandinis frequenter & vulgari locutione deſignatur in eccleſia, quæ per hoc fuit intra ſe diuiſa. vnde dicitur. x. lib. eccleſiaſticæ hiſtoriæ: Ea tempeſtate facies eccleſiæ fœda & admodum turpis erat. non enim ſicut prius ab externis, ſed a proprijs uaſtabatur: fugabat alius, & alius fugabatur, & vterque de eccleſia eſſe ſe dicebat.* G

n Et ignis, mixta ſanguine *i. ignis æmulationis, ex qua ſecuta eſt effuſio ſanguinis, & potiſſime tempore Valentis imperatoris, qui lapſus in hæreſim Arrianam perſequebatur catholicos, eorum aliquos comburẽdo, & alios gladio occidendo, & alijs modis uariis affligendo.*

p Et tertia pars terræ *Dicitur autem hic tertia pars terræ Chriſtiani, aliæ duæ partes Iudæi & pagani, qui legem Moyſi non habuerunt, nec fidem Chriſti receperunt. Igitur de tertia parte, quæ Chriſtianitas dicitur, loquitur hic Iohannes, quæ igne Arrianæ perfidiæ fuit corrupta in laicis, qui per terram deſignantur eo q terrenis actibus ſunt intenti, & in prælatis & clericis, qui ſignantur per arbores, eo quod per cognitionem ſcripturarum ſunt ſuper alios eleuati. Per fœnum viride intelliguntur nouelli ad Chriſtianitatem diſpoſiti, & hi fuerunt populus Gothorum, qui volens Chriſtianus fieri, miſit ad Valentem imperatorem pro ſacerdotibus Chriſtianis habendis, qui docerent eas de fide catholica & eccleſiaſticis ſacramentis. & ipſe miſit eis presbyteros Arrianos ſicut ipſe Arrianus erat, qui corruperunt eos hæreſi Arriana. Ideo dicitur:* Et tertia pars ter. combuſta. *Et patet ex dictis litera.*

s Et ſecundus angelus. *Hic conſequenter agitur de ſecundo hæreſiarcha. ſ. Macedonio qui differebat ab Arrio, dicens filium eſſe eiuſdem naturæ cum patre, ſed conueniebat cum eo, dicens ſpiritumſanctum eſſe creaturam & ſeruum filij. Ideo de ipſo dicitur:* Et ſecundus angelus. *i. Macedonius, qui dicitur angelus Sathanæ.*

[margin: Macedonius.]

t Tuba cecinit. *id eſt, flatu ſuperbiæ motus errorem docuit.*

v Et tanquam mons. *i. hæreſis magna.* H

x Igne ardens. *ſ. perfidiæ.* Miſſus eſt in mare. *Id eſt in eccleſiam ratione baptiſmi per mare deſignatam, eo quod mare eſt receptaculum omnium aquarum. & eccleſia unica eſt per baptiſmi ſacramentum.*

¶ Et facta

## MORALITER.

✻ non ſolum ſollicitus eſt de celebratione officii, ſed etiam de prædicatione uerbi diuini, ideo ſubditur:

b *Et acce. ange. thurib.* Sequitur:

d *Et facta ſunt toni.* i. prædicationes terrentes, quæ ſunt de diuinis iudiciis & punitionibus.

e *Et uo.* i. p̃dicationes demulcẽtes, q̃ sũt de diuinis pmiſſionibus.

f *Et fulgu.* i. prædicationes ab amore mundi diuidentes.

g *Et terræmotus.* i. prædicationes ad timorem Dei inducentes.

i *Et primus ang. tu. cecinit &c.* Per ſeptem angelos, qui dicuntur tuba canere ſecundum literalem ſenſum, ſignificantur ſeptem hæreſiarchæ, qui fuerunt angeli Sathanæ. & per ipſos moraliter ſignificantur homines malicioſi & maligni. Primus fuit Arrius, qui diuiſit vnitatem eſſentiæ in diuinis perſonis. Ideo per illum moraliter ſignificatur diuiſor perſonarum pacem ad inuicem habentium. De quo dicitur Eccl. xxvij. b. Suſurro & bilinguis maledictus, multos turbauit pacem habentes.

m *Et facta eſt grando.* i. tempeſtas grandis, quæ ſequitur ad turbationem pacis.

n *Et ignis.* ſ. iracundiæ. Nam ira eſt accenſio ſanguinis circa cor.

o *Mixta ſanguine.* Nam ad iſta ſequitur ſanguinis effuſio.

p *Et tertia pars terræ combuſta eſt &c.* id eſt laici, qui ſunt tertia pars populi. Aliæ duæ partes ſunt clerici & religioſi, In turbatione uero pacis laici percutiuntur corporaliter, qa pugnant manualiter

q *Et tertia pars arbo.* i. religioſorum.

r *Et omne fœnum uiride.* id eſt cleric. generaliter. In turbatione nãque pacis omnes iſti læduntur.

s *Et ſecundus angelus.* Iſte fuit Macedonius, qui dixit ſpiritumſanctum non eſſe Deum, & ſic ipſum repulit a deitate. & ideo per ipſum ſignificantur illi qui repellunt viam ſpirituſſancti in electione prælatorum, & ſic procurant litigia aduocatorum.

v *Et tanquam mons ma. igne ar. miſ. eſt.* Per hoc ſignificatur talis repulſor ſpirituſſancti, qui dicitur mons magnus per elationem, & ardens per ambitionem, & miſſus in mare præſentis ſeculi per diaboli procurationem.

✻ *Et facta eſt*



a *In mare.* Gentiles ſunt mare. i. fluentes in multa uitia. in quibus cum ante eſſet diabolus, vere tamen miſſus dicitur, quia quibuſdam recedentibus alios retinere nititur. A

b *Mortua eſt ter. pars.* Duæ partes i. boni omnes crediderunt. tertio i. omnes reprobi dati ſunt in reprobum ſenſum.

c *Quæ ha. ani. &c.* i. illorum Gentilium, qui ab alijs digniores reputabantur pro quibuſdam bonis operibus.

d *Et te.* ordine narrationis. & qa iſtud poſt illa duo contigit. Poſtquam. n. diabolus omnes Iudæos, & Gentiles excæcare non potuit, immiſit eis hæreticos, & quoſdam ſubuertit.

e *Fontes.* dicũtur in quibus ſumma & quaſi totius fidei origo comprehenditur, ſicut eſt euangeliũ. Flumina, quæ inde trahuntur, ſicut expoſitiones eorum ſunt, in quibus ſunt duo ſenſus fidelium, hiſtorialis & allegoricus. tertius eſt hæreticorum, cũ hæreſes ſuas confirmant prauis expoſitionibus ſcripturarum.

f *Et quar. angel.* Quartus ordine narrationis, & ordine rei. Cum. n. diabolus quoſdam de Iudæis & Gentilibus excœcaſſet, tandem ipſos filios eccleſiæ expugnare egreſſus eſt, & quoſdam rapuit tam maiores quam minores Has quatuor dãnationes ut præteritas narrauit, ut pote quæ quotidie uidentur in eccleſiis. Tres uero futuras prænunciari facit, ut doceat in nouiſſimis temporibus, & grauiores præteritis imminere, quod etiam ad conſolationem præſentium poteſt redigi.

g *Vnius aquile.* Aquila omnes prædicatores, qui mente longinqua conſpiciunt, & eccleſiam circumeuntes prædicando futura muniunt: qui omnes unus, quia non ad idem tendunt.

B

a ¶Ad nocendum. b ¶ſ. promiſſione diuina. c ¶i. in Gentiles, qui ſunt tumidi per ſuperbiam, fluctuantes per idololatriam.
a dens miſſus eſt in mare. Et facta eſt a
a ¶Qui nec aperte nec occulte receperunt doctrinam. b ¶i. peccatorum. c ¶Effundentes ſanguinem.
b tertia pars maris ſanguis, & mor- b
a ¶Exiccata. b ¶i. ſapientes mundi uel philoſophi, qui nec ductu rationis, nec prædicatione ſunt conuerſi.
tua eſt tertia pars creaturæ eorum, c
¶i. diſcretionem.
c quæ habebãt animas in mari, & ter- d
a ¶i. alios gubernantium. ¶ſ. tempore hæreticorum.
d tia pars nauium interijt. Et tertius e
angelus tuba cecinit, & cecidit de cœ f
a ¶i. eccleſia, uel ad literam. b ¶i. hæreſiarcha. c ¶i. diabolus inuidens, vel ſapiens hæreticus.
lo ſtella magna ardẽs, tanquã facula. g h
¶Incendit & conſumitur.
Et cecidit in tertiam partem flumi- i k
e num, & in fontes aquarũ, & nomen l
¶Amaritudo.
ſtellæ dicitur abſinthium. Et facta m
eſt tertia pars aquarũ in abſinthiũ,
& multi homines mortui ſunt de n o
f aquis, quia amaræ factæ ſunt. Et p q
¶ſ. tempore hypocritarum.
quartus angelus tuba cecinit, & ter- r ſ
a ¶i. maiores doctores. ¶Prælatorum. b ¶i. excæcata. ¶Subtractione gratiæ.
tia pars ſolis percuſſa eſt, & tertia t
a ¶Minores prædicatores. ¶Id eſt clericorum. b ¶Simpliciores. ¶Id eſt religioſorum.
pars lunæ & tertia pars ſtellarum, u
a ¶Vt amitterent cognitionem & bonam operationem.
ita ut obſcuraretur tertia pars eo-
a ¶Illuminati a maioribus.
rum, & diei non luceret pars ter- x
a ¶Illuminati a minoribus.
tia, & noctis ſimiliter. Et vidi, & y
g audiui† vocem vnius aquilæ volan- z
a ¶i. eccleſia, quæ in ſe celat ſecreta diuina. ¶Vel li.
tis per medium cœlum, dicentis uo a

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et facta eſt ter. pars maris ſan. *i. deturpata eſt tertia pars aquæ baptiſmalis. accipiẽdo partem tamen ualde large. Baptiſmus. n. confertur in nomine trinitatis, cuius tertia perſona eſt ſpirituſſanctus, qui ſecundum errorem Macedonij dicitur deturpari, per quem aſſeritur creatura eſſe ſeruilis conditionis, ut dictum eſt.*

[margin: † vnum angelum uolitem per mediũ cœli, licentẽ uoce]

b Et mortua eſt. *in eo, id eſt in errore dicto.*

c Tertia pars crea. *quia multi per baptiſmum regenerati & noua creatura facti corrupti fuerunt per errorem Macedonij.*

d Et tertia pars na. interijt. *quia maxima pars prælatorum & curatorum, per quas duci debent alij ad ſalutis portum, corrupti fuerunt per errorem dictum. Contra hunc vero Macedonium congregata fuit ſecunda uniuerſalis ſynodus in Conſtantinopoli. cl. epiſcoporum, in qua dictus error fuit condemnatus.*

[margin: Tertius angelus.]

e Et tertius an. *Hic conſequenter agitur de tertio hæreſiarcha. ſ. Pelagio, qui tempore Arcadij & Honorij errauit circa gratiam ſpirituſſancti, aſſerens q ſine ea poterat homo ex puris naturalibus mereri uitam æternam. Dicebat etiam, quòd pueri naſcuntur ſine culpa originali, & per conſequens, quòd a culpa non purgantur aqua baptiſmali. de hoc ergo dicitur:* Et tertius ange. *i. Pelagius.* Tuba ceci. *Exponatur ut prius.*

f Et ceci. de cœlo. *i. de eccleſia militante, quæ frequenter cœlum nominatur in ſcriptura noui Teſtamenti, ut ſupra dictum eſt. De hoc. n. zelo cecidit Pelagius in errorem prædictum, de quo ſubditur:*

g Stella ma. *Fuit enim homo literatus & religioſus. ſ. monachus.*

h Ardens tanquam fa. *Multos. n. corrupit ratione literatura, & ratione apparentiæ ſanctitatis in habitu religioſo & conuerſatione.*

i Et ceci. in ter. par. flu. &c. *Per fontes & flumina deſignatur eccleſia baptiſmalibus aquis congregata & ſanctificata.*

l Et nomen ſtel. dicitur abſinthium. *quia contra dulcedinem gratiæ ſpirituſſancti prædicabat.*

m Et facta eſt tertia pars aquarum in ab. *quia magna pars eccleſiæ corrupta fuit per eius dogma peruerſum.*

n Et multi homines mortui ſunt. *ſpiritualiter.*

o De aquis. *id eſt de eius dogmatibus peruerſis.*

p Quia ama. fa. ſunt. *id eſt contrariæ dulcedini ſpirituſſancti, & ſpiritualiter uiuificanti.*

q Et quartus an. *Hic conſequenter agitur de quarto hæreſiarcha. ſ. Eutice, qui in domino noſtro Ieſu Chriſto aſſeruit eſſe unam naturam ſicut & unam perſonam, di. quòd ex natura diuina & humana in incarnatione facta eſt una natura per quandam confuſionem ſeu commixtionem ſicut elementis ſuo modo reſultat una mixti natura. Quod eſt impoſſibile, cum natura diuina non ſit alteri commiſcibilis, nec aliquo modo tranſmutabilis. igitur de ipſo dicitur.* Et quartus ange. *ſcilicet Eutices.* C

[margin: Quartus angelus]

r Tuba ceci. *exponatur ut ſupra.*

ſ Et tertia pars ſo. percuſ. eſt. *id eſt deitatis, quæ dicitur ſol, Sap. v. b. Et ſol intelligentiæ non luxit nobis. tamen hic pars accipitur ualde large, inquantum filius eſt una de tribus perſonis in diuinis, qui ſecundum errorem Euticis dicitur percuſſus, quia ſecundum ipſum non eſſet homo, neq; Deus, ſicut mixtum non eſt aliquod elementorum, ſed alia natura ex eis reſultans.*

t Et tertia pars lunæ. *id eſt eccleſiæ, cuius multi ſimplices infecti & percuſſi fuerunt dicto errore.*

u Et tertia pars ſtellarum. *id eſt epiſcoporum, quorum aliqui Eutici conſenſerunt & ſubſcripſerunt, & ſic obſcurati tenebris erroris fuerunt.*

x Et diei non luceret pars tertia, & noc. ſimi. *Per diem intelligitur nouum Teſta. & per noctem uetus, Ro. xiii. d. Nox præceſſit, dies autẽ appropinquauit &c. Eſt igitur ſenſus, quòd iſte Eutices cum ſuis ſequacibus obſcurauerunt ſcripturas ueteris & noui Teſtamenti, quæ loquuntur de natura diuina et humana Chriſti, tanquam de diſtinctis & incõfuſis eas exponendo peruerſe.*

y Et uidi. *Poſtquam B. Iohannes locutus eſt de hæreſum inuentoribus, hic conſequenter loquitur de earum fautoribus. & primo præmittit breuem præfationem, ſecundo proſequitur intentionem capit. ſequenti. Circa primum dicit:* Et uidi & audi. uocem unius aquilæ. *id eſt ipſiuſmet Iohannis, qui per aquilam deſignatur. Loquitur enim hic de ſemetipſo tanquam de alia perſona, ſicut communiter loquitur in euangelio ſuo. Vnde capi. vlti. dicit de ſeipſo. Hic eſt diſcipulus ille, qui teſtimonium perhibet de his &c.* D

z Volantis per medium cœlum. *quia uidit eccleſiæ decurſum, ut prædictum eſt. quæ quidem eccleſia in hoc libro frequenter cœlum nominatur.*

a Dicentis uoce magna. *Per quod deſignatur magnitudo tribulationis futuræ.*

¶ Væ væ væ

## MORALITER.

✻ a *Et facta eſt tertia pars maris ſanguis.* quia per talia litigia proceditur aliquando ad effuſionem ſanguinis.

c *Tertia pars creaturæ eorum &c.* Iſta creatura ad literã ſunt piſces. per quos ſignificantur in aquis voluptatum viuentes.

d *Et tertia pars nauium.* Per quas intelliguntur habentes curam animarum, qui alios debent deferre ad portum ſalutis. & plures taliũ pereunt in contentionibus prædictis.

e *Et ter. ang. &c.* Iſte fuit Pelagius, qui dixit beatitudinem poſſe haberi ſine gratia. ideo per iſtum moraliter ſignificatur præſumptuoſus. ideo ſequitur:

f *Et ceci. de cœlo ſtella &c.* præſumptuoſus. n. eſt quaſi ſtella ſecundum ſuam præſumptionem, tamen cadit propter ſuam præſumptionem, & ardet per ambitionem.

k *Flu. & in fon. aqua. & no. ſtel. dici. abſin.* Per quæ ſignificantur magiſtri & ſcholares, qui inficiuntur eius doctrina peruerſa.

q *Et quartus an.* Iſte fuit Eutices, qui dixit unam naturam factam in Chriſto ex diuinitate & humanitate, quod eſt impoſſibile. & ideo per ipſum moraliter ſignificatur ille, qui coniungit ea, quæ non debent coniungi. ſ. fideles ſimplices cum infidelibus. nam per hoc de facili corrumpuntur. Ideo dicitur ſecundo ad Corinthios vj. c. Nolite iugum ducere cum infidelibus, quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate?

ſ *Et tertia pars ſolis percuſſa eſt, & tertia pars lunæ, & tertia pars ſte.* quia per dictam coniunctionem ſimplicium cum infidelibus diminuitur fides & deuotio ad Chriſtum, qui eſt ſol iuſtitiæ, & ad Beatam Virginem, & alios ſanctos, per lunam & ſtellas figuratos. Et eadem ſententia ſignificatur per hoc, quod ſubditur:

x *Et diei non luceret tertia pars, & noctis ſimiliter.* quia nox & dies non habet lucem, niſi ex ſole & luna & ſtellis.

y *Et uidi & audiui uocem unius aquilæ uolantis &c.* Per quam ſignificatur prædicator conſtans contra peccatores, & dicens.

✻ *Væ væ.*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E ¶ a Væ væ væ habi. &c. *per quod deſignatur, quid ſub tubicinio trium angelorum ſequentium deſcribitur maior tribulatio quàm ſub tubicinis quatuor præcedentium. Dicit autem.*

b Habitantibus in ter. *quod eſt commune bonis & malis. nam utriq; ſunt habitatores terræ ſecundum curſum vitæ præſentis. Tribulationes.n. deſcriptæ ſub tubicinio trium angelorum ſequentium, partim fuerunt catholicorum, & partim hæreticorum, vt videbitur proſequẽdo. Poteſt aũt pars iſta aliter exponi,*

a ¶Quia in toto mundo, uel magna ſtabilitate. b ¶Non filiis eccleſiæ.

ce mâgna. Væ væ væ habitantibus
a ¶Accipietis hæc tria uæ.
in terra. De cęteris vocibus* trium angelorum, qui erant tuba canituri.

*exponi, ut uox aquilæ de qua dicitur hic, fuerit uox cuiuſdam ſancti patriarchæ Conſtantinopolitani per aquilam deſignati, ut dictũ eſt ſupra cap. iiij. quem aſſiſtentem Deo uidit Iohannes, & dicentẽ quæ hic ponuntur. Cæterorum expoſitio non mutatur.* G *tubæ

M O R A L I T E R.

✱ a *Væ væ væ.* ſ. corporalis miſeriæ, culpæ & gehennæ.

b *Habitan in terra.* i. in terrenis affectibus habẽtibus corda defixa.

G L O S. O R D I N A. C A P. IX.

☞ ET quin. an. *ordine narrationis & ordine tpis. Hic eſt eiũ damnatio eorum, quos diabolus immittit ad præparandas uias ante faciem Antichriſti.

b *Et ui ſtel.* flamma hæreticorũ, de qua pauca dixerat, quo fomite creuit, exponit.

c *Stellã.* i. dabolũ cadẽtẽ, & neqs in locũ ſuũ. i. in paradiſum eat laborantẽ.

d *Et d. eſt il. cl. p. ab.* Abyſſus. i. tenebroſi. Puteus i. pfundiores hꝛtici, quia alios mergũt prauis ſuĩs. In hos clauẽ. i. poteſtatẽ accipere dr̃, qa tũc nõ ſicut mõ a Deo refrenabit̃. Vel clauis illa principes, per quos hæretici operabantur.

e *Aperuit pu. abyſſi.* Hæreſes, quæ latebant in cordibus earum, proferre fecit.

f *Fumus for.* ſimilis doctrinæ Antichriſti, qui eſt fornax purgans bonos, & in cinerem redigens malos.

inf. 14.c. & 19.a g *Obſcura. eſt ſol & aer.* Et per hoc percuſſi ſunt quidam illuminantes alios, & quidam illuminati ab eis.

h *Exierũt lo.* Diſcipuli eorum locuſtis cõparant̃, qa neq; uolãt in altũ uel in cõtẽplationẽ per cognitionẽ, nec firmiter gradiũtur per bonã operationẽ; ſed ſuperbia ſaliunt, & in pœnis recidunt, & quia ſunt corroſores bonorũ. †Sup. 7. a

†po teſtatẽ i *Sicut ha. ſc.* Scorpius blãdus facie cauda pũgit occulte. Vel ſcorpioni cõparat. quia ſicut ſcorpius cauda, ſic hæretici decipiunt per temporalia, quæ debẽt poſt eſſe, ſicut cauda poſterior pars in animali. Vel ideo comparat, qa qñ ſcorpius pungit, nõ ſentitur, poſtea diffundit uenenum. ſic decepti ab hæreticis nõ ſentiũt, ſed tandem perimũtur. F

†datum k *Præc. eſt il. ne. læ.* qa dolos iſtorum refrenat Deus, licet ipſi non intelligant.

l *Ne occ.* Cum per dolos nequeunt hęretici, in aliqua ſubuertere uolunt, cõtra quos Dei præceptum eſt, ut corpora occidant, ſed animas non decipiant.

m *Menſibus quinq;.* Alia litera dicit menſibus ſex, propter ſex ætates, quibus hæc uita diſtinguitur.

n *Vt cruciatus ſcor.* Cum data ſit poteſtas cruciandi, non aperte tormentant, ſed apud ſeculi principes accuſant.

☞ *Et fugiet*

C A P. IX.

¶Hic prædicat angelus, quod diabolus cecidit. ¶De eccleſia. uel ad literam.

a ET quintus angelus a
b tuba cecinit, & † vi- b
c di ſtellam de cœlo c
a ¶Damnatione. b ¶Dominantem terrenis.
d cecidiſſe in terram, & data eſt illi cla d
e uis putei abyſſi. Et aperuit puteum e
a ¶Multos ſubuertit doctrina eorum excæcans.
abyſſi, † & aſcendit fumus putei ſi- f
a ¶.i. ſimilis doctrinæ Antichriſti.
f g cut fumus fornàcis magnæ, & ob- g
ſcuratus eſt ſol, & aer de fumo pu- h
a ¶Per totum mundum. b ¶.i. Diſcipuli Antichriſti & hæreticorum.
h tei. † Et de fumo putei exiẽrunt lõ- i
cuſtæ in terram, & data eſt illis pote K
i ſtas, ſicut habent † ſcorpiones terræ.
K Et præceptum eſt illis, ne læderent l m
a ¶Rudes in fide & decipi faciles. b ¶Etſi quoſdam. c ¶Iam prouectos.
fœnũm terræ, neq; õmne uiridẽ, ne
a ¶Iam fructificantes. b ¶Nullum penitus.
q; omnẽ arbõrem, niſi tãntũ ho mi n
¶In ueritate. ¶In mente. a ¶.i qui non audent in aperto confiteri.
nes, qui nõ habẽt ſignũ Dei in frõn
l tib⁹ ſuis. Et † dictum eſt illis, ne occi o
a ¶.i. in corporibus quinq; ſenſibus indigentibus.
m derẽt eos, ſed vt cruciarẽt menſibus p q
n quinq;. Et cruciatus eorum ut cru- r

*Temporibus autem illis eccleſia errore Arrij fuit obſcurata. intantum quod maior pars eccleſiæ facta fuit Arriana.*

i Et de fu. pu. exi. lo. *i. Vandali hæreſi Arriana infecti, qui dicuntur locuſtæ, quia ſicut locuſtæ ſaltant de loco ad locum, ſic Vandali de Hiſpania tranſierunt in Aphricam, & inde poſtea intrauerunt Italiam & Galliam eas uaſtando. ideo ſubditur:*

k Et da. eſt il. p. *ſ. nocendi hominibus cantelis, deceptionibus et armis. hoc. n. permiſſum eſt eis a Deo ſuo iudicio occulto.*

l Et præce. eſt il. *i. prophetatum a Deo.*

m Ne læde. &c. & c. *Ad cuius intellectum ſciendum, q Aphrica ante ingreſſum Vandalorum erat habitata partim a Chriſtianis, & partim a paganis, ſicut & multæ terræ tẽporibus illis. paganos aũt occiderũt, nõ autẽ Chriſtianos, q Xpiani q̃tũ ad minores ſignificantur p fœnum terrę, q̃tũ ad mediocres p omne uiride, quantũ ad maiores, p arbores.* †inf. 104

n Niſi tantum ho. qui non h. ſi. Dei. *i. paganos, qui non ſunt ſigno crucis conſignati.*

o Et d. eſt il. &c. *Iſtud refertur ad Chriſtianos, de quibus prædixerat Sub uno enim contextu literæ ſacra ſcriptura trãſit aliquãdo de aliquibus perſonis ad alias loquendo, ac ſi eſſent eadẽ, ut patet pſ. lxxvij. d. Cum occideret eos quęrebat eum. et tamen certum eſt quod alij erãt occiſi, & alij quęrẽtes eũ pęnitentia ducti. Et eodem modo loquitur hic de habitatoribus Aphricæ, qui partim erant Chriſtiani, & partim pagani, & ſic de una parte tranſit ad aliam ſub eodem contextu.* H

p Sed ut cru. &c. *Licet enim non occiderẽt Chriſtianos, ut dictum eſt, tamen afflixerũt eos multipliciter & ſpãliter epos & doctores expellẽdo et aliquos corporaliter affligẽdo. unde Honorificus Vandalorũ rex multos epos in exilium miſit, & ſimiliter Tranſcemũdus. q poſt eũ regnauit & Gillorrine, qui aliquibus epiſcopis orthodoxis linguas fecit extrahi, & radicitus amputari, qui tamen poſtea dono Dei loquebantur et prædicabãt, ſecundum quod dicit Gre. dial. li. iij.*

q Menſ. quin. *Per boc deſignatur, q regnũ Vãdalorũ durauit t pibus quinque regum, & tunc fuit exterminatũ per Heliſarium patricium a Iuſtiniano Imperatore in Aphricam miſſum.*

r Et crucia. &c. *Nam al qui iſtorum regum primo ſimulauerunt beniuolentiã Chriſtianis, & eos poſtea grauiter afflixerũt intãtũ q multi eorũ magis vellent mori q̃ videre talẽ cõculcationem eccleſiarum & mini*

¶ *ſtrorum*

N I C. D E L Y R A. C A P. IX.

Diuiſio ET quin. an. *Hic B. Iohãnes pſequitur intantum de hereſum fautoribus, qui dicũtur pprie hæretici. Et diuiditur in tres partes. qa primo agit de hereticis dictis pprie quãtũ ad Vãdalos. ſcdo quãtũ ad Italicos, ibi: Ex ſextus angelus. tertio quãtũ ad Gothos. xi. cap. ibi: Et in illa hora. Prima in duas. qa primo Iohãnes exequitur ppoſitũ. ſcdo declarat quoddã dictũ. ibi: Et ſimilitudines. Circa primũ ſciẽdum, q Valẽs Imperator ad terrã Gothorũ uolentiũ recipere fidẽ Chriſti miſit ſacerdotes Arrianos, ut ſup. dictum eſt, per quos infecta eſt gens illa hæreſi Arriana. & ſimiliter gens Vandalica, quæ magnam tribulationem fecit in Aphrica & poſtea in Italia, & etiam Gallia, ut habetur. xxi. libro ſpeculi hiſtorialis, & in pluribus Chronicis dicitur. Dicit igitur.*

a Et quin. an. *i. Valens qui cœpit imperare anno domini ccclxvij.*

b Et vidi ſtel. de cæ. ceci. *i. Valentem, qui ex perſuaſione uxoris ſuæ de altitudine fidei catholicæ cecidit in hæreſim Arrianam, vt dictũ eſt. qui dicitur angelus hic & ſtella, ſicut ſu. 1. ca. ijdem homines ſtellæ dicuntur & angeli. Septem ſtellæ angeli ſunt ſeptem eccleſiarum.*

d Et data eſt illi cla. pu. abyſſ. *poteſtas releuandi & exaltandi hæreſim Arrij condemnatam. nam per poteſtatem imperialem miſit ſacerdotes Arrianos ad inficiendum populos multos. ideo ſubditur:*

e Et a. &c. & aſ. f. *i. doctrina erronea ueritatem obſcuratiua, iõ ſubditur:*

g Et obſcu. eſt ſol. *i. Chriſtus. qui ſecundum hæreſim illam negatur eſſe verus Deus, ut dictum eſt cap. præced.*

h Et aer. *i. eccleſiam, quæ illuminatur a Chriſto ſicut aer a ſole uiſibili.*

*Temporibus*

M O R A L I T E R.

✱ a *Et qn. & c.* Scdm lrãlẽ ſenſum iſte fuit Valẽs Impator Arriana perfidia deprauatus. a quo Vandali petierunt, ut mitteret eis ſacerdotes Chriſtianos, q eos inſtruerent, & baptizarent, & ipſe miſit eis ſacerdotes Arrianos, qui eos hæreſi Arriana corruperũt. Et ideo per ipſum ſignificatur epiſcopus malus, qui ad regimen eccleſiarum mittit ſacerdotes moribus & ſcientia deficientes, per quorum exempla mala ſubditi peiorantur. & ſic dicitur:

b *Et ui. ſtellam.* i. epiſcopum malum, qui ſtella dicitur ratione officij, ut habetur ſupra. j. ca. ſtellæ ſeptẽ angeli ſunt eccleſiarũ. i. epi.

c *De cæ. ceci. in ter.* per terrenorum cupiditatem.

d *Et d. eſt il. cl. ab.* quia permittitur ei abuti poteſtate epiſcopali.

e *Et ape. pu.* aperiendo uiam Simoniæ, quæ eſt abyſſus culpæ.

f *Et a. f.* ſ. iſamiæ & *o. ẽ ſ.* i. Chrs, i quẽ quodãmõ iſte fum⁹ redũdat. nã hoies aliqñ murmurãt ɔtra eũ, eo q pmiſit talẽ plãtũ pmoueri.

i *Et de f. p. ex.* l. ſcilicet ſacrdotes & miniſtri ſimoniace promoti.

k *Et da. eſt il. p.* ſ. lædendo populũ ſubditũ malis uerbis et exẽplis.

l *Et præ. eſt il. ne læ. & c. omne ui.* i. homines uirentẽs ſancta conuerſatione, et radicatos in fide. tales. n. non læduntur malis eorum, quia ſcandalizari eſt puſillorum. ideo ſubditur:

n *Niſi ta. ho. & c.* i. qui non ſunt firmi in fide formata charitate, ad confitendum conſtanter Chriſtum opere et ſermone.

o *Et dic. eſt il. ne oc.* ſ. corporaliter, ut dicit Glo. interlinearis.

p *Sed ut cru. eos menſibus quinque.* menſis dicitur a mene quod eſt

✱ *defectus*



☞ a *Et fugi. mors ab illis.* quia cura gregis eos aſtringit labori.

A b *Similitudines lo. & c.* Cum oſtendiſſet qualiter nocerent, & p dolos & per occultam impugnationem & in utroque Dei refrenationem, nunc oſtendit quales ipſi ſint per quos operari poſſunt.

c *Similes equis.* Quia ueloces ad diſcurrendum, & feroces ad impugnãdum, & non prouident quos incurrant, ſiue in uicinos, ſiue in hoſtes.

d *Tanquam co.* i. uictorię de precipitatis acquiſitę, non per ueram ſapientiam.

e *Et habe. ca.* i mores lapſos & effœminatos, qui eis adhęrent, & ab eis ad deceptionem aliorum dependẽt. Vel capilli minores, quos adhęrentes ſibi decipiunt.

f *Dentes leonum.* Laniatum habent & fętorem.

g *Loricas.* i. corda obſtinata, quę ſagitta veritatis non penetrat. Vel ſententias deceptionibus munitas, quas infringit ueritas.

h *Sicut uox cur.* Diuerſi currus diuerſis vijs et a diuerſis equis ad idem bellum rapiuntur, ſic iſti, licet diuerſis hæreſibus, unanimiter eccleſiam impugnãt.

i *Et habebant cau. ſim ſc.* Poſtquã nõ ualet ratio uel tumultus eorum, quærunt auxilium principum, qui caudæ dñr, quia ut aſtringant, terrent & blandiũtur Vel caudæ, doloſæ ſniæ, quibus coram blandiuntur & latenter pungũt.

k *Et habebant.* Oſtẽſo quales in ſe ſint, monſtrat per quem hæc poſſunt.

l *Cui no.* q. d. ad hoc cauete uobis Hebræi, Græci & Latini, omnis eccleſia, quia Chriſti euangelium aliqua harũ trium linguarũ eſt ſcriptũ & receptũ.

m *Væ vnum abijt.* ordine narrationis et ordine temporis, hæc eſt. n. damnatio

B malorum, q̃ erit tempore Antichriſti.

☞ *Ex quatuor*

¶Per hoc inſinuatur grauitas tribulationis.
ciatur ſcorpij, cum percuſſit homi-
¶Timentes lapſum.
nem. Et in diebus illis quærent ho- a
¶Vt probatiores reddantur.
mines mortẽ et non inuenient eam,
a ¶Et non qualitercunq; quærent, ſed deſiderabunt uel cupient. b ¶Hoc dicitur de prælatis & ſubditis.
a & deſidẽrabũt mori, & fugiẽt mors
a ¶.i. imaginariæ locuſtæ. b ¶.i. hæreticorum.
b ab illis. Et ſimilitũdines lõcuſta- b
¶Erant. a ¶Super doctores.
c rum ſimiles equis paratis in præliũ,
a ¶.i. in mentibus ubi in ſe & coram aliis ſuperbiunt. b ¶Quia non uera coronæ
d & ſuper capita earum tãnquam co- c
a ¶Non de uero auro. i. ſapientia. b ¶Vultus.
ronæ ſimilẽs auro, & faciẽs earum d
a ¶Quia demonſtrat ſe homines pios cum intus ſint feri.
e ſicut facies hominum. Et habebant e
a ¶Sicut mores mulierum ſunt molles & flexibiles in omne uitium.
capillos ſicut capillos mulierum,
a ¶.i. ipſi alios laniantes.
f & dentes earum ſicut dentes leo- f
g num erant. Et habebant loricas ſi- g
a ¶.i. tumultus ſententiarum, quem faciunt poſtquã defecerũt.
cut loricas ferreas, & uõx alarum h
h earum, ſicut vox curruum equorum multorum currentium in bel-
i lum. Et habebant caudas ſimiles i
a ¶.i. peccatum, quia peccare faciunt.
ſcorpionum, & aculei erant in cau-
a ¶Q. d. ſed tantum uos boni ne timeatis, quia.
dis earum, & poteſtas earum no- K
a ¶Malis, ſecundum quinque ſenſus tantum.
cere hõminibus mẽſibus quinque.
a ¶Diabolum dominantem in terrenis.
K Et habebant ſuper ſe regem angẽ- l
l lum abyſſi, cui nomen Hebraice m
Abaddon, Græcè autem Apollion, & Latinè habens nomen † ex-
¶A patria uita.
m terminans. Væ unum abijt, & ec- n o
a ¶Vel, poſt hunc ſextus angelus.
ce ueniunt adhuc duo uæ põſt p
hæc. Et ſextus angelus tuba ceci- q

*ſancti promouent diuerſa regna ſibi commiſſa ad bonum, ſic per oppoſitum ſunt angeli mali ea impellentes ad malũ. igitur de angelo malo preſidente regno Vandalorum dicitur hic:* Et habe ſuper ſe. re. an. abyſſi. *compellentem eos ad uaſtationem boni. ideo ſubditur:* C

m Cui no. He. Aba, *id eſt diſpergens uel exterminans. Et ponitur hoc nomen in tribus linguis principalibus; quia plures homines de linguis iſtis exterminauerunt. Vel quia Iohannes ſcribebat uniuerſali eccleſiæ, quæ fundata eſt in omnibus linguis per tres principales hic ſignificatis.*

n Væ unum abijt. *id eſt una grauis perſecutio ſcilicet Vandalorum.*

o Et ecce ue. adhuc duo væ. *id eſt duę graues tribulationes aliæ.*

q Et ſextus ange. *Hic conſequenter agitur de fautoribus hæreſum, quantum ad Italicos & principes Conſtantinopolitanos. Ad cuius intellectum ſciendum, quòd Anaſtaſius Imperator hæreſi Euticiana corruptus, cœpit imperare anno domini. ccccxciij. & imperauit annis. xxv. tunc regnabat in Italia Theodericus rex Arrianus. Et tunc temporis electi ſunt duo papæ in contentione. ſ. Symmachus, & Laurentius. pro quibus facta eſt contentio magna in populo Chriſtiano & in clero procedens uſq; ad homicidia multa. Finaliter tamen eccleſia Laurentium repulit, & Symmachum approbauit. Paſchaſius autem diaconus cardinalis, licet alias eſſet ſanctus & deuotus, tamen in hoc errauit, quia Laurentium quãtum potuit ſuſtinuit; propter quod poſt mortem ſuam inuentus fuit in pœna purgatorij a Germano epiſcopo Capuano, ut refert Grego. Ex hoc autem mota eſt tribulatio magna in eccleſia per quatuor homines prædictos. ſ. Laurentium & Symmachũ pro papatu, & Anaſtaſium & Theodericũ pro zelo hæreſum ſuarum. Nam uidẽtes clerum catholicum contendentem uſq; ad homicidia, reputauerunt eum peiorem quàm ante & ſimiliter doctrinã catholicam: propter quod incitati fuerunt ad eius perſecutionem. Et iſti quatuor prædicti nominantur hic angeli, quia nomen angeli in hoc libro indifferenter attribuitur bonis & malis, ut patet ex ſupradictis. His igitur præmiſſis ſic proceditur, quia primo ponitur eccleſiæ tribulatio. ſecundo eius conſolatio, capi. ſequ. Prima adhuc in duas. ſ. in partem principalem & incidentalem, quæ incipit ibi: Et cæteri hominum. Circa primum dicitur:* Et ſextus ang. tuba ce. *ſ. Laurentius, qui conatu improbo & uerbo ſuperbo ad papatum anhelauit.* Eccleſiæ diſſenſio Lib. 4. dial. c. 40. 1. D Diuiſio

¶ Et au-

N I C. D E L Y R A.

¶ *ſtrorum eius, ſicut dicitur. 1. Mach. iij. g. Melius eſt nobis mori in bello, quàm uidere mala gẽtis noſtræ & ſanctorũ. ideo ſubditur:*

a Et in diebus illis quæ. homi. mor. &c.

b Et ſim. *Hic conſequenter declarat quoddã dictum. Vandalos. n. dixerat locuſtas. ideo conditiones aliquas Vandalorum exprimit nomine locuſtarum di.* Et ſimili. lo. ſi. equis para. in præ. *per hoc deſignans, quòd Vandali fuerunt homines bellicoſi.* †id eſt, perdens,

c Et ſuper ca. ea tan. co. ſi. au. *Per aurum in ſcriptura ſignatur fulgor ſapientiæ. Vandali uero inter cæteros barbaros plus habere uidebãtur de fulgore naturalis induſtriæ. quæ ſi ordinetur ad bonum, ſortitur nomen ſapientiæ, quæ dicitur ſcientia ſapida. ſi autem ad malum ſortitur nomen cautelæ. Sic autem erat in eis. & ideo non dicitur quòd haberent coronas aureas, ſed ſimiles auro: nam per quandam ſimilitudinem bonũ ad malum transferimus. ſicut dicitur ſapiens latro uel bonus, qui procedit in furtis ſuis cauteloſe.* Metaph.

d Et facies earum ſicut faci. homi. *quia ratio, qua diſtinguitur homo a cæteris animalibus, plus uigebat in eis quàm in cæteris barbaricis gentibus, ut dictum eſt.*

e Et habebant capil. ſicut capil. mu. *quia nutriebant capillaturam, ſicut fit adhuc in aliquibus gentibus.*

f Et dentes earum ſicut den. leo. erant. *in quo deſignatur ferocitas eorum.*

g Et habebant loricas fe. *nam armati erant ad gentes alias impugnandum.*

h Et uox ala. ea. ſicut uox curruum &c. *quia cum magno ſtrepitu proceſſit eorum exercitus per Italiam & Galliam, ut prædictum eſt.*

i Et habebant cau. ſimiles ſcor. *Patet ſententia ex dictis ſupra uſque ibi:*

l Et habebant ſuper ſe re. ange. abyſſi. *Ad cuius intellectum ſciẽdum, quòd ſecundum Diony. in dæmonibus naturalia remanſerunt integra, et per conſequens remanſerunt in eis ordines diſtincti, prout ſequuntur diſtinctionem naturæ. Tenetur autem communiter a doctoribus, quòd aliqui ceciderunt de ſingulis ordinibus, & ſic nomina ſingulorum dæmonũ remanent in dæmonibus. Primus autem ordo inferioris Hierarchiæ nominatur ordo principatuum, quia præſunt diuerſis regnis. Et ſicut angeli*

*ſancti*

M O R A L I T E R.

✱ defectus. Et per hoc ſignificantur quinq; defectus, qui ſunt in malis ſacerdotibus. ſ. ſcientiæ, uitæ, eloquentiæ, miſericordiæ, & iuſtitiæ, per quos ſubditis bona debita ſubtrahuntur, & oppoſita mala inferuntur. Defectus quinque malorum ſacerdotum

a *Et in die. illis quærent ho. mor.* Nam homines zelum Dei habentes uidentes talia, dicunt aliquando turbati: Vtinam non uidiſſemus talia mala. ſicut. j. Mach. iij. g dicitur: Melius eſt nobis mori in bello, quàm uidere mala gentis noſtræ & ſanctorum.

b *Et ſimilitu. locu. & c.* quia tales ſacerdotes parati ſunt ad faciendum malum.

c *Et ſuper ca. earum tan. coronæ.* quia propter tonſuram clericalem & ordinem homines deferunt eis honorem.

e *Et habebant capillos ſicut capil. mu.* eis utendo prout poſſunt ad ornatum illicitum.

f *Et dentes ea.* per quod ſignificatur crudelitas ipſorum.

g *Et habebant loricas.* id eſt falſas excuſationes malorum ſuorum.

h *Et uox ala. ea. & c.* Iſtæ ſunt alæ, potentia temporalis & ſuperbia, ex quibus procedunt uerba iactatiua & contumelioſa.

i *Et habebant caudas & c.* id eſt familiares malos eos ſequentes.

k *Et poteſtas earum noce. & c.* & exponatur ſicut prius.

l *Et habe. ſuper ſe re. & c.* ſ. diabolum, cuius ſequuntur inſtinctum.

p *Poſt hæc. Et ſextus angelus & c.* Hic ad literam dr̃ fuiſſe Laurentius, qui per contentionem conatus eſt papatum obtinere, ex quo ſecuta fuit turbatio eccleſiæ. & per ipſum ſignificatur quilibet ambitioſus, qui per contentionem iniquam obtinere nititur eccleſiæ dignitatẽ, & per hoc ſoluũtur quatuor angeli Sathanæ, qbus nititur

✱ *propoſitum*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a Ex qua.cor. Per quatuor, quæ de Chriſto prædicantur, quæ ſunt natiuitas, paſſio, reſurrectio & aſcenſio: circa q̄ alia ſunt.
E
c Altaris an. Altare Chriſtus, cornua altaris p̄dicatores Chr̄m ſubleuātes, & ꝑ eo mori parati, ſicut ſanguis ponebat̄ in cornibus altaris. Vel aliter Eccleſia.ſ.ſe immolās, in qua cornua. i. defenſores aliorum, qui omnes ad idem tendunt. Vel quatuor cornua euangelica quę docent detegi fraudes Antichriſti.

b Vocem unam &c. præcones præteriti temporis præmonent illos, qui erunt tempore Antichriſti. †domini

d Solue qua. an. Pro quatuor partibus mundi, uel quia quatuor de Chriſto p̄dicata impugnant. Solue. quia Euphrates fluuius circumiens Babylonem. i. principes mūdani, per quos diabolus cum in ipſis eſſet, occulte operabatur, hos iubet excommunicari, ut qui in eis erat quaſi ligatus, per eos ſibi traditos apertius operetur. Vel quatuor angeli immundi ſpiritus in quatuor partibus mūdi regnantes, qui fuerunt refrenati in paſſione Chriſti.

e Soluti ſunt &c. Soluto diabolo multi præcipitantur, quia ad alios excæcandos moliuntur.

f In h.& d. Vel per horam accipe medietatem anni, per diem unum annū, per menſem alium annum, & per annum tertium: nā per tres annos & dimidiū durabit perſecutio Antichriſti.

g Vigies mi.de.mi. Sancti decem præceptis legis perfecti, contra quos duplex numerus ponitur malorum, quia mali plures ſunt bonis.

h Et au.&c. Et bene pono ſub certo numero, quia audiui. i. intellexi, ꝙ plures eſſent mali quàm boni.

i Et ita ui. i. ſicut intellexeram, ꝙ ad deſtructionē aliorum equitabant, ſic intellexi, ꝙ per diabolum hoc faciebāt, quem ſicut equiportabant. uel equi diaboli, ſuper quos mali fundantur. F

k Habebant lo.ig. i. muniebant eos ſnīis de q̄bus ſeq̄t æterna pęna, ubi eſt ignis & fętor & fumus. Vel ha.lo.ig. i. eternā pęnam, q̄ nunq̄ dimittit, quos accipit.

l Tanquam ca. le. Superius in plaga locuſtarū uidit faciē hoim, hic leonū. q̄a hæretici aliquid humanitatis oſtēdūt, miniſtri Antichriſti, q̄d docēt dictis et ſignis, hoc etiā pęnis cogunt cōfiteri.

m Procedebat ig. cauſa æternæ pęnæ. Vel ignis. i. cupiditas fumus. id eſt ſuperbia ſulphur. id eſt fœtor malorum operum.

n Fumus & ſu. Propterea quia cęci et in tenebris poſiti, propter fętorem uitiorum & malorum operum.

o Occiſa eſt tertia pars. i. omnes reprobi de eccleſia. & ſimiliter omnes Iudæi uel pagani, qui nunquam fuerunt baptizati, nec ab eccleſia ſeparati.

p Similes ſer. qui blādiūtur facie, & occulte immittūt uenenū.

a b nit. Et audiui uocem unam ex qua- a
¶Super quo quicquid offertur a Deo accipitur.
c tuor cornibus altāris aurei, quod eſt
ante oculos † Dei, dicentem ſexto b
¶Qui prædicet eſſe ſolutos ut caueant ſibi electi.
d angelo, qui habebat tubam: Solue c
¶Quatuor ſupradicta, uidelicet natiuitas, paſſio, reſurrectio & aſcenſio.
quatuor angelos, qui alligati ſunt
e in flumine magno Euphrate. Et ſo-
¶Et ita illis damnatis.
luti ſunt quatuor angeli, qui para- d
¶Continue & diu. ¶Diu & diu.
f ti erant in horā & diem, & menſem
¶Reprobos omnes.
& annum, vt occiderent tertiam par e
tem hominum. Et numerus eque- f
g ſtris exercitus, uigies milies dena g
h i milia, & audiui numerū eorum. Et h
¶Diaboli uel homines ſuper eos fundati.
ita uidi equos in uiſione, & qui ſedē i
¶Propter ignem iræ & libidinis.
k bant ſuper eos, habebāt loricas ignē- k l
¶Lapis fumidi coloris.
as, & hyācinthinas & ſulphureas, & m n o
¶i. maiores inter miniſtros diaboli. b ¶Quia ore laniant & fœtent.
l cāpita equorum erant tānquā capita p
¶i. prædicatione aperte mala.
m leonum, & dē ore ipſorum procede q
n bat ignis & fumus & ſulphur. Et ab r ſ
o his tribus plagis occiſa eſt tertia t
pars hominum, de igne & de fumo
& ſulphure, quę procedebant ex ore
¶Vere de ore: quia.
ipſorum. Poteſtas enim † equorū in u
¶i. mala prædicatione. b ¶i. in occultis deceptionibus ſi aperte nequeunt.
ōre eorū eſt, & in cāudis eorū. Nam x y
¶Et uere in caudis habent poteſtatem.
p caudæ eorum ſimiles ſerpentibus
¶Alios maiores, qui mordent.
habentes capita, & in his nocent. a z

†eorum

ctum eſt ſupra iiij.ca. qui in magna parte fuit occiſus, partim per malos adhærentes Laurentio, & ſimiliter per adhærentes Symmacho, & partim per Anaſtaſium Imperatorem hæreticum, qui multos epiſcopos in exilium miſit, & multos catholicos afflixit. & partim p Theodoricū regē Arrianū, qui totā Italiā q̄tū ad orthodoxos gladio perdere uoluit: & S. Iohannē papā & Symmachū & Boetiū uiros p̄clariſſimos & cōſules martyrizauit, ut hētur in legēda S. Ioānis papæ & martyris. G

f Et nu.eq.ex. i. adhærētiū p̄dictis quatuor, & monētiū eos ad turbationē Chriſtianorū.

g Vigies mi. Hic ponitur numerus determinatus ꝑ numero indeterminato. ſicut ſup. iiij. c. et deſignatur, ꝙ ibi erat magna multitudo.

h Et ita ui. equos in vi. i. ſubditos prædictis quatuor & obedientes eis in malo, & ſpecialiter Anaſtaſio & Thodorico.

i Et qui ſede.&c. ſ. quatuor prædicti angeli eos docentes.

k Habebant lo. Sicut in bonis hominibus iuſtitia dicitur eorum lorica, Eph. vi.c. Induite loricam iuſtitiæ: ſic per oppoſitum iniuſtitia dicitur hic lorica malorum.

l Igneas. per appetitum feruidum nocendi.

m Et hya. i. cęleſtis coloris. in quo deſignatur apparens zelus fidei. Nam hæretici aſſerentes ſe habere fidei ueritatem, ex hoc excitant contra uere catholicos perſecutionem.

n Et ſul. p p fęditatē uitiorum exiſtentem in eis & procedentem extra in operibus malis.

o Et ca. equorum. i. principes malorum ei obedientium.

p Erant ta.ca.le. in quo notatur crudelitas eorum.

q Et de ore ipſ. pro.ig. ſ. æmulationis, quantum ad Symmachum & Laurentium.

r Et fu. uanitatis, quātum ad Anaſtaſium.

ſ Et ſul. fœtoris, quantum ad Theodoricum Arrianum.

t Et ab his &c. tert. pars ho. i. magna pars Chriſtianorum modo prædicto.

u Ptās e. eq. in o.&c. i. in quatuor principalib⁹ p̄dictis, ſicut et os eſt prima pars capitis. H

x Et in cau. eorum. i. miniſtris ſequentibus eos ad malum.

y Nam cau. e. ſi ſer. propter aſtutiam ſerpentinā q̄ erat in eis ad catholicos pſequēdū.

z Habentes cap. Nam in exercitibus ſunt tribuni & cēturiones & huiuſmodi, qui ſunt capitanei reſpectu ſubditorum ſibi.

a Et in his no. incitabant. n. ſuos ſubditos ad perſequendum uere Chriſtianos.

¶ Et cę.

*x Et gr. m.* quæ propter ſui frigiditatem ſignificat timorem, ne aliquid omittatur de debitis in tanta feſtiuitate.

## GLOS. ORDIN. CAP. XII.

ET ſi. Et ex his vidi iſtud ꝓcedere. ſ. fidei grām. i. qđdā magnū ſignificātē. Hic facit mētionē de reuelatione myſteriorū q̄ fuerūt in ſcđa viſione, & de iniuncto officio p̄dicationis qđ habuimus in tertia, vt iſtā quartam quæ de pugna eccleſię & diaboli eſt, ex his duabus. i. ſecunda & tertia oſtendat pendere.

Luna

## CAP. XII.

¶ Figuram ſignificantem.
a ET SIGNVM ma- a
¶ Id eſt in eccleſia.
gnum apparuit in cælo.

## NIC. DE LY. CAP. XII.

ET ſig. ma. *Deſcripta impugnatione eccleſię ab hæreticis dictis ꝓprie, hic cōſeq̄nter deſcribitur eiuſdē impugnatio ab hęreticis large dictis: ꝑ quē modū pagani, Saraceni, ſchiſmatici, diſcipuli Antichriſti & infideles alij hæretici dici poſſunt, & ſcđm hoc ꝑtes principales huius libri in ſeq̄ntib. apparebūt. Igitur primo agitur de impugnatione a paganis. et primo ſub Coſdroe Perſarū rege. ſcđo ſub eius ſucceſſore. ſe. c. Prima adhuc ī duas. qa primo deſcribitur eccleſiæ diſpō. ſcđo Coſdroe ꝑſecutio, ibi: Et viſū eſt aliud ſignū. Circa primū ſciēdū, quod Phoca imperāte, q cæpit īperare anno dcv. Perſæ ſub Coſdroe rege grauiſſima bella gerentes multas Romanorū ꝓuincias & ipſam Iero. inuaſerūt, & deſtruētes eccleſias ſctāq; loca ꝓphanātes, inter ornamēta ſacra q̄ abſtulerūt, vexillū dominicæ crucis exportauerūt, vt habetur ī legēda exaltatiōis ſctē crucis. Igitur eccleſia ſic afflicta cruciabatur donec pareret filiū Chriſtianū q liberaret eā ab afflictione Coſdroe & ſuorum. & hoc eſt qđ dicitur:* Et ſi. ma. ap. in cę. *militātis eccleſię.*

¶ Mulier.

## MORALITER.

✱ *a Et ſignum ma.* hoc literaliter fuit expoſitum de eccleſia quæ fuit afflicta tp̄e Coſdroe. Moraliter aūt pōt exponi de qualibet deuota perſona, q̄ numero & merito membrū eſt eccleſiæ. iō dicitur:

 ✱ Mulier

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Luna ſub pe.eius.* Licet mundanis ſuſtenteť, tñ non affectat.
E b *Et in ca.eius co.ſtel.du.*i.xij.apoſtoli, quibus mundus credidit vel in quibus mundum vicit.
c *Cruciatur.* Prædicando aduerſa patitur vel cruciatur a ſeipſa .i.carnem ſuam macerat, vt prædicatio ſit idonea.
d *Draco m.* Non de effectu, ſed de potentia draconis loquitur.
e *Et corn.&c.* i. regna, diuitiæ, quibus principes decalogũ legis impugnãt.
f *Et cau.* i.deceptiones, quibus celant vitia, vt cauda celantur turpia.
g *Stellarum.* i.illorum, qui illuminant eccleſiam doctrina, non vita.
h *Stetit ante m.* Quæ patiebatur dolorem, per quod credebat cito ceſſuram. Per paſsionem credebat diabolus eccleſiam ſibi ſubiugatam.
i *Deuoraret.* Paratus erat draco ad deuorandum, ſed non potuit, quia natus eſt, qui prohibuit.
k *Et pepe.* Carnali generatione Chriſtus de Abraham & Dauid proceſsit. Vel peperit eccleſia filium, i. fidem Chriſti in cordibus auditorum.
l *Diebus mi.* i toto tempore, quo ſubſiſtit eccleſia prędicatione Chriſti tribus annis & dimidio facta.

*Prælia-*

a ¶i.eccleſia. b ¶Quia induit Chriſtum, qui eam illuminat. c ¶Omnia terrena, quæ non eodem ſtatu permanent.
a Mulier amicta ſole, & luna ſub pe- a b c
a ¶In Chriſto, vel in primordio eccleſiæ.
b dibus eius, & in capite eius corona d
a ¶i.in virgine Maria. b ¶Verbum Dei.
ſtellarum duodecim. Et in utero ha- e
¶Prædicabat. ¶i.cupiens alios generare.
c bens, & clamabat parturiens, & cru- f
a ¶Parit cum ſuos in lucem emittit.
ciatur, vt pariat. Et uiſum eſt aliud ſi- g
a ¶i.in eccleſia expugnanda. b ¶Pro fortitudine magnæ poteſtatis.
d gnum in cęlo. Et ecce draco magnus h i
a ¶Quia homicida. b ¶i.vniuerſos principes per quos operatur.
e rufus habens capita ſeptem, & cor- K l m
a ¶i.vniuerſę victoriæ de ſubuerſis.
nua decẽ, & in capitibus ſuis ſeptem n
a ¶De fide ad infidelitatem.
f diademata, & cauda eius trahebat o
a ¶Omnes reprobos.
g tertiam partem ſtellarum cæli, &
a ¶i.illos tractos amore terrenorum illexit. b ¶i.diabolus tali poteſtate confiſus. c ¶Non horarie ſed laborans.
h miſit eas in terram. Et draco ſtetit p
a ¶Contra eccleſiam.
ante mulierem, quæ erat paritura,
¶i.aliquem in fide generaſſet. a ¶Ad peccatum retraheret.
i ut cum peperiſſet, filium eius deuo- q
k raret. Et peperit filium maſculum r ſ
qui recturus erat omnes gentes in t
a ¶In potentia vel iuſticia. b ¶Inflexibili. c ¶Caro ui diuinitatis.
uirga ferrea. Et raptus eſt filius u
a ¶Æqualitatem Dei. b ¶Vt cum patre iudicet.
eius ad Deum, & ad thronum eius,
a ¶Per auxilium huius filij. b ¶A voluptatibus mundi. c ¶Mentis deſertum ſpreto mundi tumultu, vel iocunditate.
& mulier fugit in ſolitudinẽ, vbi ha- x
a ¶Deſerens mundum confortatur a Deo.
bebat locum paratum a Deo, ut ibi y
a ¶Deus. ¶Doctrina prędicationis.
l paſcat eã diebus mille ducentis ſexa- z
¶Ecce aliud auxilium.
ginta. Et factum eſt pręliũ magnum a b

## NIC. DE LYRA.

¶ a Mulier.*i. eccleſia generaliter & Ieroſolymitana ſpiritaliter, quæ coniuncta eſt Chriſto ſicut mulier viro.*
b Amicta ſo.*i.Chriſto, qui eſt ſol iuſticiæ. Gala.iij. d. Quicunque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. ipſe enim eſt ſponſus & paranymphus eccleſiæ.*
c Et lu.ſub pe.e.*i.omnia mutabilia & defectiua per lunam ſignificata, quorum diſpoſitio pertinere debet ad vltima eccleſiæ mẽ-*
F *bra.1. Cor.vi.a. Secularia igitur iudicia ſi habueritis, contemptibiles, qui ſunt in eccleſia, illos conſtituite ad iudicandum.*
d Et in ca.eius co.ſte.xij.*i.prædicatio.xij apoſtolorum, quæ reſplenduit in primitiua eccleſia, quæ dicitur caput eius, eo modo loquendi, quo principium alicuius rei communiter dicitur caput eius.*
e Et in ute.ha.& cla.pertu.*nam in anguſtia poſita clamabat ad eum, vt cito daret ſibi filium, qui liberaret eam ab oppreſſione infidelium.*
g Et ui. eſt. *Hic conſequenter deſcribitur Coſdroe perſecutio & ſecundo eccleſiæ liberatio, ibi: Et peperit. Circa primum dicit:* Et ui.eſt aliud ſig.in cę.&c.*i. Coſdroe rex Perſarum, qui dicitur in cælo militantis eccleſiæ fore viſus tanquam grauis perſecutor ipſius. de quo ſubditur.*
h Et ecce dra.*propter aſtutias eius & doloſitatem.*
i Magnus.*propter poteſtatis magnitudinem.*
k Rufus.*i.rubeus propter multi ſanguinis effuſionem. Quod autem rufus accipiatur aliquando pro rubeo, patet .1.Reg.xvi. vbi dicitur de Dauid, quod erat rufus & pulcher aſpectu.i.rubicundus ſecundum expoſitores. Dicitur etiam Coſdroe rufus propter incendium eccleſiarum & locorum ſanctorum.*
l Habens ca.ſeptem.*i.ſex reges ſibi ſubditos, & ipſe erat ſeptimus, vnde poſtea ſubditur.*
m Et in ca.ſuis ſe.dia.*quæ ſunt ſigna regia.*
n Et cor.decem.*i. decem acies in ſuo exercitu. vnde.1.Mac. Acies ordinata ad bellandum vocatur cornu. vbi dicitur. Bacchides autem erat in dextro cornu.&c. Aliter exponitur ab aliqbus, ut per ſeptem capita intelligatur vniuerſitas principum ſibi ſubditorum, per decem cornua vniuerſitas ſuorum bellatorum. nam per ſeptenarium vniuerſitas aliquãdo intelligitur, eo quod totum tempus ſeptem diebus replicando comprehẽditur, & ſimiliter per denarium, eo quod ſequentes numeri ſunt replicationes denarij & eius partium, vt dicitur.iij.Phyſi.*
o Et cau.eius.*i.exercitus ſequẽs eum.* trahebat tertiam partem ſtel. *fidelium, qui dicuntur ſtellæ in ſcriptura Deu.1.b. Eſtis hodie ſicut ſtellæ cęli plurimi. Exercitus enim Coſdroe de Aegypto & Lybia & terra ſancta & alijs locis, multos valde Chriſtianos interfecit, & alios captiuos duxit intantum, vt æſtimarentur quaſi ad tertiam partem Chriſtianorum in terris illis exiſtentiũ. Conſimili modo loquitur Dan.viij. de Antiocho Epiphane, quod deiecit de ſtellis & conculcauit eas. i.de filijs Iſrael colentibus Deum, quos interfecit in Iudæa & Ieruſalem.*

Et draco.

p Et draco ſte.ante mu.&c.*quia Coſdroe omnibus modis inſidiabatur ad interficiendum quemcunque principem Chriſtianum inſurgentem ad eccleſiam defendendum.* G
r Et pe.fi. *Hic conſequenter deſcribitur eccleſiæ liberatio. Et diuiditur in duas ptes: qa primo facit propoſitũ. ſc'do declaratur quoddã dictũ ibi: Et datę ſunt. Prima adhuc in tres: qa primo ponitur imperatoris Eraclij creatio. ſc'do Coſdroe debellatio, ibi: Et factũ eſt prælium. tertio ſubditorũ oppreſſio, ibi: Væ terræ & mari. Circa primũ dicitur:* Et pe.fi.*ſ. Eraclium catholicũ q poſt Phocam imperauit annis .xxx. & cœpit imperare anno domini.cxiij.*
ſ Maſculum. *hoc additur ad denotãdum, quod erat uir ſtrenuus & armis exercitatus, vt dicitur in legẽda exaltationis ſanctę crucis.*
t Qui re.erat omnes gẽ.in uir.fe. *quia rexit imperium Romanum, cui rebellantes domauit per gladium.*
u Et raptus eſt fi. eius ad Deum &c.*i.in protectione Dei poſitus, qui protexit Eracliũ contra machinationes & dolos Coſdroe, quibus quærebat occidere eum.*
x Et mu.fu.in ſo.*nam eccleſia quę erat in Aſia timore Coſdroe trãſito mari, qđ dicitur Brachiũ ſancti Gregorij, fugit in Grçciã. q dicitur hic ſolitudo, non quia eſſet inhabitata, ſed dicitur ſolitudo fugitiuis, eo mõ loquendi, quo fugitiui ad aliam terram dicuntur ibi eſſe quaſi in exilio ſeu deſerto.*
y Vt ibi paſ.eã. *Chriſtiani habitantes ibi:*
z Diebus mil.ſe. *faciũt tres annos & dimidiũ, & inf.eo.ca. dicitur de hac muliere, vbi aliter p tps & tpa & dimidiũ tpis.i. p tres annos & dimidiũ. Tps.n. ſumptũ ſingulariter in ſcriptura ſignificat vnũ annũ, pluraliter vero abſq; numero ſignificat duos annos, ſicut dictũ fuit plenius Dã.xij. Iſta tpa ſimul iuncta ſeptem annos faciunt & tantum durauit bellũ inter Perſas & Eracliũ.*
a Et factum eſt. *Hic conſequenter deſcribitur Coſdroe debellatio. & ſecundo ex hoc gratiarum actio, ibi, Et audiui vocem. Circa primum dicitur,* Et factum eſt prçlium. *inter Perſas & Eraclium.* H
b Magnum.*ſ.intenſiue, quia multi bellatores erant ex vtraq; parte: et extenſiue, quia durauit tempore longo, vt dictum eſt.*

¶ Michael &

## MORALITER.

✱ a *Mul.a.ſo.* p appetitum cęleſtium.
c *Et luna ſub. pe. eius.* per contemptum bonorum mutabilium.
d *Et in c.eius co.ſte.du.* per quas ſignatur .xij. fructus ſpũſſcti, qui ponuntur Gal. v.
e *Et in utero ha.* ſ. in animo conceptum boni propoſiti.
f *Et crucia.ut pa.* per quod ſignificatur intenſum deſiderium implendi in opere, quod concepit in mente.
h *Et ecce dra.ma.ru.* i.diabolus ſuperbus & malicioſus.
l *Habens ca.ſep.* i.inferiorum dæmonum vniuerſitatem.
m *Et cor.de.* i.vniuerſos modos impugnandi naturam humanam, quia per ſeptenarium & denarium uniuerſitas deſignatur.
n *Et in capiti.eius ſeptem diade.* i.multa. quia per ſpiritus malignos ſibi ſubiectos frequenter debellat plurimos.
o *Et cauda eius tr.ter.partem ſtel. & miſit eas in ter.* quia magnam partem angelorum traxit ſecum.
p *Et draco ſtetit ante mulierem.* nam inſidiatur cuilibet perſonæ ad impediendum ſanctum eius propoſitum.
q *Vt cum peperiſſet deuo.filium eius.* quia quando impedire non poteſt conceptum animi bonum, quin exeat in opus, nititur illud per vanam gloriam deuorare.
r *Et peperit maſculum &c.* ſ. Chriſtum, nam ipſe dicit. Quicunque fecerit voluntatem patris mei, hic meus frater & ſoror & mater eſt. Qui uero bonum conceptum producit ad effectum, ipſe facit uoluntatem Dei patris: & ſic eſt mater Chriſti ſpiritualis ipſum ſpiritualiter pariendo. Matt.12.
u *Et raptus eſt fi.eius ad de.* quia bonum opus per angelos præſentatur ad dñm. ſimiliter Chriſtus corporaliter aſſumptus eſt in cęlũ.
x *Et mulier fu.in ſo.* i.extra peccatorum multitudinem.
y *Vt ibi paſcat eam die.mil.ducentis ſexa.* i.Chriſti doctrina, quam docuit tribus annis & dimidio, qui continent dies mille ducentos ſexaginta.
a *Et factum eſt præli. &c.* per hoc ſignificatur repreſſio dæmonum per angelos ſanctos, ne impugnent bonos homines

✱ & deuotos



a *Præliaban.* Eccleſiam ſuſtentantes, orando, auxiliũ ferẽdo.
A b *Non ualue.* Remouere auxilia angelorum, quia non poterunt eccleſiam ducere in peccatum.
c *Et aud.uo.* Cum oſtendiſſet diabolum in hoc certamine occulto ab eccleſia victum ab auxilio filij & angelorum, ſubiungit exultationes angelorũ ipſorũ, vel ſanctarũ animarũ de victoria fratrum, vt laborent vincere, q de victoria ſua angelos vel ſanctas animas audiunt exultare.
d *Accuſa.* Officium diaboli eſt accuſare.i. p peccatũ accuſabiles reddere.
e *Die ac no.* Vel in proſperis delectando, vel in aduerſis contriſtando.
† De pęnitẽ. diſt. 2. c. ſi enim ante finem
f *Deſcen.* De cęlo: vel de minoribus ſanctis, in quibus iam non habet locum tentatio.
g *Sciẽs quod mo.te.ha.* Quia videt multos ſibi ſubtrahi, & in locũ ſuũ ſubſtitui.
h *Et poſtquam ui.* Cum uidit diabolus ſe per occultam fraudem non poſſe proficere, aperta tribulatione aggreditur expugnare.
i *Et da.ſunt mu.alæ duæ &c.* Quæ ẽt cõtra apertam tribulationem habet auxilium ab eodem filio, a quo habebat contra occultam impugnationem.
k *Aquilę.* Qui per conuerſationem vitæ cælum petunt. & ideo in Deo fixum habent intuitum.

*Per tem-*

a ¶Maiores. b ¶Minores.
a in cælo. Michael & angeli eius præ- a
liabantur cum dracone, & draco pu-
b gnabat & angeli eius, & non ualue- b
runt, neq; locus inuentus eſt eorum c
a ¶i.in eccleſia quantum ad bonos. b ¶Auxilio horum.
amplius in cœlo. † Et proiectus eſt d
a ¶Pro uiolentia. b ¶Pro calliditate. c ¶Q.d. a quo cauete omnes.
draco ille magnus ſerpens antiquus
a ¶i.ſeorſum fluens a bonis ad malos. b ¶i.aduerſarius:
qui uocatur diabolus & ſathanas, e
a ¶i.reprobos.
qui ſeducit uniuerſum orbem, & f g
a ¶Cadens de fidelibus acrius impugnat amãtes terrena.
proiectus eſt in terram, & angeli eius
a ¶i.exultationem.
c cum illo miſſi ſunt. Et audiui uocem h
a ¶In angelis, vel animabus ſanctis. b ¶A tempore Chriſti, quod non eſt in natura hominis.
magnam in cælo dicẽtem: Nunc fa- i K
a ¶Remiſſio peccatorum in baptiſmo. b ¶Et regit ſuos de virtute in virtutem dirigens.
cta eſt ſalus & uirtus & regnum Dei
¶Et hæc omnia per Chriſtum operatus eſt.
noſtri, & poteſtas Chriſti eius: quia l
proiectus eſt accuſator fratrum no-
d ſtrorum, qui accuſabat illos ante
a ¶Quia Deum nihil latet, per quod maxime terret. b ¶Continue.
e conſpectum Dei noſtri die ac nocte.
a ¶Liberum arbitrium apponentes. b ¶i. Suggeſtionem eius.
Et ipſi uicerunt illum propter ſan- m
a ¶Quem imitantur. b ¶Quia non tacent vbi neceſſe eſt.
guinem agni, & propter uerbum
a ¶i.fidei quam teſtatus eſt Chriſtus. b ¶i.non ſic fouerunt carnem ſuam, vt animæ perirent.
teſtimonij ſui, & non dilexerunt n
animas ſuas uſque ad mortem.
a ¶Angeli, vel ſancti. b ¶In maioribus habitant minores ſancti, vel omnes in angelis.
Propterea lętamini cæli, & qui ha- o
a ¶i.in uitia fluentibus & in eodem vitio ſtabilibus.
bitatis in eis: Væ terræ & mari, p
¶Occidendum.
f quia deſcendit diabolus ad uos ha- q
a ¶Vnde feruentius graſſatur.
g bens iram magnam, ſciẽs, quòd mo- r
h dicum tẽpus habet. Et poſtquã uidit ſ
draco, quòd proiectus eſſet in terrã,
perſecutus eſt mulierem, quæ pe- t
i perit maſculum. Et datæ ſunt u
a ¶Duo teſtamenta. vel duæ dilectiones, vel duæ uitæ.
k mulieri alæ duæ aquilæ magnæ,
ut uolaret in deſertum, in locum

## NIC. DE LYRA.

¶ a Michael & angeli eius. *Quod exponunt aliqui de Michaele archangelo, qui eſt princeps eccleſiæ, ſicut tempore ue. Teſt. fuit princeps ſynagogæ, propter quod cum angelis ſuis aſtabat ad protectionem & directionem Eraclij & exercitus eius, qui pu-* Dan.10.
B *gnabant pro eccleſia. Sed quia per draconẽ & angelos eius intelligitur Coſdroe & ſuus exercitus ſecundum omnes expoſitores, conuenientius eſt ut ſimiliter per Michaelem & angelos eius intelligatur Eraclius & bellatores eius. Michael .n. interpretatur quis ut Deus? Eraclius enim in hoc bello pro eccleſia erat Dei uicarius. ex ſupradictis etiã patet, quod in hoc libro boni & mali homines frequenter nominantur angeli.*
b Et non ua.*ſ.Coſdroe & uiri eius, ſed pluries debellati fuerunt.*
c Neque lo. inuentus eſt eorum amplius in cæ.*i.in eccleſia. nam Eraclius perſequens Coſdroe fugauit eum de Aethiopia & Lybia & terra ſancta, in quibus ante uigebat eccleſia, & compulit eum turpiter redire in terram ſuam. ideo ſubditur.*
d Et proiectus eſt dra. il. ma. ſer. antiquus.*tamen quia ipſemet Coſdroe erat antiquus ætate, propter quod poſtea ſatis cito tradidit regnum filio ſuo, ut poſtea dicetur.*
e Qui uocatur diabo.& ſa.*nimia eius nequitia, ſicut de homine nequam dicitur communiter, quod eſt unus diabolus uel ſathanas.*
f Qui ſedu.uniuer.orb.*nam ab illis, quos ſubijciebat, faciebat ſicut Deum adorari: propter quod dicitur in legenda exaltationis ſanctæ crucis, Fecerat turrem argenteam, in qua interlucentibus gemmis thronum extruxerat aureum, ibi ſolis quadrigam & lunæ & ſtellarum imaginem collocauerat atque per occultas fiſtulas aquę meatus adduxerat, ut quaſi Deus pluuiam deſuper infundere uideretur. per hoc aũt quod dicitur,* uniuerſum orbem: *non eſt intelligendum, quòd ipſe ſibi totum orbem ſubiecerit, ſed eſt locutio hyperbolica, ad deſignandum quòd magnam partem orbis ſibi ſubiecit & dicto modo ſeduxit. ſicut communiter dicitur, tota ciuitas currit ad tale ſpectaculũ, licet maior pars remaneat.* Coſdroe ſtatio
g Et proiectus eſt in terram &c. *quia cum exercitu ſuo compulſus fuit in terram ſuam refugere.*
h Et audiui. *Hic conſequenter ponitur gratiarum actio a filijs eccleſiæ pro Coſdroe deiectione, cum dicitur,* Et audiui.uo. ma. *ad gratiarum actionem.*
i In cælo.*i.eccleſia militante.*
k Nunc fa.eſt ſa.& uir.&c.*quia fideles potuerunt Chriſto libere ſeruire liberati a Coſdroe oppreſſione.*

Quia

l Quia pro.eſt &c. fra.no. *Id eſt Chriſtianorum, quos faciebat accuſabiles coram Deo ad malum eos impellendo, cogens eos ad latriæ cultum ſibi impendendum, vt dictum eſt.* C
m Et ipſi uice.illum &c. *Iſtud non refertur ad eoſdem Chriſtianos in numero, ſed ad illos, qui non acquieſcebant ei, magis eligentes mori. & ſic erant victores per palmam martyrij. ideo ſubditur.*
n Et non dilexerunt animas ſuas uſque ad mor.*i. uitam ſuã corporalem. ſimile habetur Pſal.lxxvij. Cum occideret eos, quærebant eum. non enim de eiſdem numero poteſt intelligi, quod eſſent occiſi, & quærerent eum pœnitentes, cum pęnitentia non ſit poſt mortem, ſed de alijs eiuſdem populi.*
o Propte.læta.cęli *de martyrum glorificatione, & de Coſdroe deiectione.*
p Væ terræ. *Hic conſequenter deſcribitur ſubditorum Coſdroe oppreſſio, qui compulſus redire ad terram ſuam fuit valde iratus, & cępit grauare ſubditos ſuos per exactiones & extorſiones multiplices, ad multiplicandum ſibi bellatores vt regnum ſuum poſſet defendere ab Eraclio imperatore. & hoc eſt quod dicitur:* Væ terrę & mari. *quia non ſolum dominabatur in arida, ſed etiam in pluribus inſulis maris, & quia de mercimonijs per mare portatis augmentauit exactiones & pedagia.*
q Quia deſcen.dia. *Id eſt Coſdroe fugatus qui nominatur diabolus in parte pręcedenti, ſicut uiſum eſt.*
r Sciens, quòd modicum tempus habet. *erat enim iam ſenex, & ſic non habebat tempus uitæ, in quo ſe poſſet de Eraclio vindicare: propter quod tradidit regnum filio ſuo.*
ſ Et poſtquam uidit dra. *Licet enim ante perſecutus fuiſſet eccleſiam, maxime extra terram ſuam, tamen tunc cœpit grauamen eius augmentare in terra ſua, in qua habitabant multi Chriſtiani eius tributarij, quos cœpit non ſolum in rebus, ſed etiam in perſonis grauius perſequi. Sicut Sennacherib fugiens de Iudæa propter percuſſionem exercitus ſui tempore regis Ezechiæ, cœpit grauius affligere Iudæos habitantes in ſua terra, quam ante, ut habetur Tob.1.* D
u Et datæ ſunt. *Hic declarat quoddam ſuperius dictum, ſcilicet qualiter mulier amicta ſole fugit in ſolitudinem: nam hoc fuit per auxilium Eraclij. ideo dicitur:* Et datæ ſunt mulieri alæ duæ aquilę magnæ. *Aquila uero ſignum imperij Romani: ideo per ipſam intelligitur Eraclius. Alæ uero eius ſũt acies ſui exercitus. vnde et ala una ſignificatione eſt acies militaris. Et dicuntur hic duæ, propter metaphoram ſeruandam. nam auis non volat vnica ala, ſed duabus. Dicitur autem exercitus Eraclij iuuiſſe eccleſiam ſub rege Perſidis commorantem, quia Eraclius miſit milites ex parte Gręciæ ad recipiendum Chriſtianos fugientes de Perſide. Vel quia regnum Perſidis ſic fortiter inuadebat in extremitatibus ſuis, quòd Coſdroe bellatores erant ibi totaliter occupati, quòd Chriſtiani de Perſide facilius potuerunt in Græciam tranſire. uel vtroque modo.*

¶ Vbi alitur

## MORALITER.

✱ & deuotos ſupra id, quod poſſunt. ſic dęmones ab eis deijciuntur, de qua deiectione dominus eſt laudandus, ideo ſubditur.
h *Et audiui uocem magnam in cælo dicentem &c.* Id eſt in eccleſia triumphante & militante. Et de malis hominibus, quæ ſubiiciuntur dæmonibus, ſubditur:
p *Væ terræ & mari.* i. cupidis bonorum terreſtrium & demerſis in aquis carnalium voluptatum.
t *Perſecutus eſt mulierem, quæ peperit maſcu.* quia nititur parientes bonum conceptum, quantum poteſt, perturbare.
u *Et da.ſunt mulieri alæ duæ.* quæ ſunt amor Dei & proximi, per quas euolat a facie diaboli.



✱ *Et miſit*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E a *Per tē. & tē. &c.* Si accipitur illius eccleſiæ ſtatus, quæ erit tpe Antichriſti, dicetur aliter per tempus & tempora & di. prædicatione Heliæ & Enoch. Si generalis eccleſiæ accipit: dr̄ per tempus & t.& di.t.aliter pro prædicatione Chriſti facta tribus annis & dimidio, quia Chriſti prædicatione paſcitur eccleſia quotidie.

b *Et adiuuit ter.ſ.* Chriſtus eccleſię ſuę dedit uires patiendi.

c *Et ap.i.* pręparauit,& idoneā ſe fecit vt reciperet quicquid ſibi inferrent ad ſimilitudinem os aperientis. quod in paſsione ſua fecit,in quo ſuis exemplum patiendi ſe propoſuit.

d *Abſor. flu.i.* oēs pœnas in ſe deſtruxit,factus immortalis & impaſsibilis, quod idem facit in ſuis.

e *Iratus eſt dr.&c.i.* quia licet non poſſit deuincere, non tamen deſiſtit inuidere,& locum inuadendi quęrere.

f *Et ſte.ſu. are.* Non tamē omnes illos vicit minores, ſed tantum ſuper arenam.i. infructuoſos moram fecit, in quibus apparent ſigna veſtigij.

## NIC. DE LYRA.

¶ a Vbi alitur per tēp. & tem. & dimi. tempo. &c.*i. per tres annos & dimidium, vt dictum eſt ſupra.*

b Et miſit.ſe.ex ore ſuo poſt mu. aquā.*i. gentem multam, ſecundum* ꝙ *dicitur infra. Aquæ multæ populi multi,ad interficiendum Chriſtianos fugientes.* (Cap. 17.d)

Et ad.

¶ i. per tres annos & dimidium.

a ſuum, vbi alitur per tempus & tem- a

a ¶ A præſenti impugnatione.

pora & dimidium temporis a faciē

¶ Et quamuis ita par ta eſſet. a ¶ Ex inſpiratione.

ſerpentis. Et miſit ſerpens ex ore ſuo b

a ¶ Quia ad eam non attingit. b ¶ Tribulationem inundantem.

poſt mulierem aquam tāquàm flu-

a ¶ In peccatum.

men, ut eam faceret trahi a flumine.

a ¶ Vel ſancti orando.

b c Et adiuuit terra mulierem, & ape- c d

a ¶ Sancti ſtabiles vt terra.

d ruit terra os ſuum, & abſorbuit flu- e

men, quod miſit draco de ore ſuo.

e Et iratus eſt draco in mulierem, & f g

a ¶ Cum minoribus de eadem eccleſia.

abijt facere prælium cum reliquis

a ¶ Opere complent.

de ſemine eius, qui cuſtodiunt man

a ¶ Qui cum credunt & timent preferri.

data Dei, & habēt teſtimonium Ieſu

f Chriſti. Et ſtetit ſuper arenā maris. h

c Et ad.te.m.*ſ. habitatores Græciæ, uel milites Eraclij modo prædicto.* G

e Et abſorbuit flu.*quia tunc gens a Coſdroe miſſa fuit debellata.*

f Et iratus eſt dra.in mu.*i.contra catholicam plebem.*

g Et abiit fa prælium cum reliquis de ſemine eius.*i.cum illis Chriſtianis, qui non potuerunt fugere cum alijs uel cum Eraclio & eius exercitu,ne intrarent regnū Perſidis. iō ſubditur.*

h Et ſtetit ſuper arenam maris. *Per mare,quod eſt congregatio aquarum,intelligitur Coſdroe regnum, quod erat valde populoſum,. Aquæ enim multæ populi multi. Per arenam quæ eſt in litore maris, intelligitur extremitas regni Perſidis,in qua ſtetit exercitus Coſdroe, ne Eraclius cum ſuo exercitu poſſet tranſire.*

## MORALITER.

✱ b *Et miſit ſerpens ex ore &c.* quia diabolus fugiētibus ab eo mouet perſecutionem temporalem, vt per impatientiam eos frangat.

d *Et aperuit ter.os &c.* hoc eſt virgo Maria, de qua dr̄ Iſa. lxv. b. Aperiatur terra & germinet ſaluatorē.ipſa namq; ſibi deuotos adiuuat cōtra dęmonē. Bernardus ſupermiſſus eſt.in periculis,in anguſtiis, & in rebus dubiis reſpice ſtellam,inuoca Mariam.

g *Et abyt facere prælium cum &c.* quia quando diabolus ab uno ſancto deuincitur, vadit ad alium impugnandum.

h *Et ſte.ſu.a.m* p q̄ ſignāt ſteriles in bono ſuper quos ſtat tanq̄ in proprio loco.

## GLOS. ORDIN. CAP. XIII.

E T uidi de ma. be. Beſtia vel ſpiritaliter Antichriſtus, vel generaliter tota collectio malorum, vel integer Antichriſtus caput & corpus.

b *Capita.* Ad hoc vt bene poſſet iſtos vincere, talem familiam ſibi inſtituit.

F c *Nomina blaſphemiæ*: Varijs hæreſibus erat plena, vel varijs ſimulationibus occultans uitia.

☞ Quaſi oc-

## NIC DE LYRA. CAP. XIII.

E T uidi de mari. *Deſcripta perſecutione eccleſiæ ſub Coſdroe, hic idem deſcribitur ſub eius filio ſibi ſuccedente. & diuiditur in tres partes: quia primo deſcribitur ſucceſsio regni. ſecundo proceſſus prælij,ibi: Et uidi. Tertio terminus belli Perſarum & Eraclij,ibi: Si quis habet aurem. Circa primum dicit Iohannes.*

a Et uidi de mari.*i. de regno Perſidis ratione prædicta.*

b Beſt.*i. filiū Coſdroe beſtialiter viuentem.*

c Aſcendentem.*ad regni Perſidis ptātem*

d Haben.ca.ſep.& cor.de. *exponatur ſicut præcedenti capitulo de patre ſuo.*

e Et ſu.cor. eius de. dia. *quia capitaneis ſuarum acierum impendit quaſi honorem regium,vt fortius decertarent contra Eracliū.*

f Et ſu.ca.eius no. blaſ. *quia dicti capitanei prorūpebant in blaſphemiā Chriſti,ſicut & principes eorū,vt habetur parte ſequēti.* (* & ſedem ſuam,)

g Et be.quā ui.ſim. er. par. *p p uarietatē uitiorū,in qbus obſtinatus erat ſcd̄m illud Ie.xiij.d.Si pōt Aethiops mutare pellē ſuā et pardus uarietates coloris ſui: & uos poteritis benefacere,cum didiceritis malum.*

h Et pe.eius ſi.pe. urſi. *habentes plantas magnas ad calcandum, ſic iſte anhelabat ad calcandum eccleſiam.*

i Et os eius ſicut os leo.*propter crudelitatem.*

k Et de.il.dra.uir.ſuā: *quia Coſdroe pater eius tradidit illi regnū ſuū ſedēs in turre ſua argētea,vt dicitur in legēda exaltationis ſāctæ crucis.*

l Et poteſtatē magnam.*i. exercitū fortē ad pugnandū cōtra Eracliū.*

m Et ui.un.de ca.ſuis.*Hic conſequenter deſcribitur pceſſus prælij.circa qd ſciendū,ꝙ expoſitores aliq dicunt hic,ꝙ exercitus Eraclij,et exercitus filij Coſdroe occurrerūt ſibi iuxta Danubiū, et ex cōſenſu vtriuſq; partis Eraclius & Coſdroe filius pugnauerūt ad ſingulare certamē: tali pacto,quod uictus ſubijceretur uictori cū toto populo ſuo. Eraclius aūt uictor extitit,& ſic filius Coſdroe cū toto ſuo populo ei ſe ſubmiſit. & ſecundum hoc dicit Iohannes:* Et ui.u.de ca.ſuis.*Id eſt primum & principale caput. Vnum.n.in ſcriptura ſacra aliquando ponitur pro primo,*

Gen.

## CAP. XIII.

a ¶ i. de collectione malorum

E T uidi dē mari be- a b

a ¶ Quod principium: uel per alios malos ſe extollentem.

ſtiam aſcendētem c

a ¶ i. principes. b ¶ Vniuerſos malos.

habētem capita ſe- d

a ¶ i. eos per quos principes impugnant decalogum.

ptem, & cornua decem, et ſuper e f

a ¶ Quia non eſt aliquod preceptum, quod per principes non infringatur,& de quo ipſi non coronentur.

cornua eius decem diademata, et g

a ¶ i. principes. b ¶ Quia dicunt Chriſtum non Deum, ſed magnum fuiſſe.

b c ſuper capita eius nomina blaſphe-

miæ. Et beſtia, quam uidi, ſimilis h

¶ Miſſi a principibus. ¶ Maiores in ſermone.

erat pardo, et pedes eius ſicut pe- i

a ¶ Quia deuorent & fœtent.

des urſi, et os eius ſicut os leonis. k

a ¶ Aliud, per quod nocent. b ¶ Faciendi miracula.

Et dedit illi draco uirtutem ſuam, l

a ¶ Seducendi multos.

*et poteſtatem magnam. Et ui- m

Gen. 1. a. *Et factū eſt ueſpere & mane dies vnus .i. primus: & iſtud caput unum fuit filius Coſdroe,qui fuit vnum de ſeptem capitibus beſtiæ, ſicut prædictum eſt capitulo præcedenti, de patre eius Coſdroe.* Quaſi occi. in mortem. *id eſt deuictum & ſubiectum Eraclio. Et quia per hoc non fuit mortuus ſimpliciter, ideo non dicitur occiſum abſolute, ſed quaſi occiſum.* Et plaga mortis eius curata eſt, *quia poſtea rebellauit Eraclio. & ſic curatus fuit ab eius ſubiectione. Sed illud quod ſequitur:* Et adorauerunt eum dicētes: Quis ſimilis beſtiæ & quis po. pugnare cum ea. *q.d. nullus non concordat cum dicta expoſitione. quòd enim deuictus ab Eraclio rebellaret, non eſt argumentum* H

¶ quòd eſſet

## MORALITER.

✱ a *Et uidi de mari beſtiam aſcendentem.* Hic ad literam deſcribitur perſecutio eccleſiæ ſub filio Coſdroe, qui capitulo præcedenti uocatus eſt draco: ideo per eius filium ſignificatur tyrannus,qui eſt diaboli filius per eius imitationem. Et dicitur hic beſtia habens ſeptem capita, per quæ ſignificantur ſeptem vitia capitalia.

e *Et cornua decem.* Id eſt uniuerſos modos impugnandi bonos.

f *Et ſuper cornua eius decem diadema.* Id eſt omnem ſpem ſubiiciendi ſibi iuſticiam.

g *Et ſuper capita eius nomina blaſphemiæ.* quia ſemper paratus eſt Deum, & eius membra blaſphemare.

h *Et beſtia,quam uidi,ſimilis erat par.* quia conformatus eſt in malo. Ierem. xiii. d. Si mutare poteſt Aethipos pellem ſuam, & pardus varietates coloris ſui: & uos poteritis benefacere, cum didiceritis malum.

i *Et pedes eius ſicut pedes urſi.* qui ſunt lati ad calcandum: ſic tyrannus ſtudet calcare populum.

k *Et os eius ſicut os leonis.* quia quærit deuorare bona aliorum.

l *Et dedit illis draco uirtutem ſuam.* quia tales diabolus adiuuat ad perficiendum maliciam ſuam.

m *Et uidi unum de capitibus ſuis, quaſi occiſum in mortem: & plaga mortis eius curata eſt.* Quia propter infirmitatem vel aliud malum ſuperueniens tyrannus territus aliquando incipit emendationem, ſed illo malo tranſeunte reuertitur ad priſtinam nequitiam uel maiorem.

✱ Et admi-



A a *Quaſi occiſum.* Simulabit ſe Antichriſtus mortuum, & per triduum latens poſt apparebit dicens ſe ſuſcitatum.

b *Et pla.mo.* Arte magica aſcendet in aera ferentibus eum dęmonibus, & ſic curabitur plaga mor.e. quia prius mortuus credebatur,poſt viuens reputabitur.

c *Et ape.os ſuum.* In tantam fiduciā prorupit, vt quod occulte ante,iam tunc publice audeat blaſphemare.

d *Et tab.eius.i.* omnem inſtitutionem eius, per quam laudabilis apparet.

e *Occiſus.* In ſuis vt in Abel. Vel quia ante omnia diſpoſitum eſt, ꝙ in fine temporum occideretur. Vel occiſus .i.in agno myſtice, quem Abel obtulit,vel in ipſo Abel a fratre occiſo pręfiguratus eſt.

f *Qui in cap* Qui captiuat hoīes nunc a fide tandem a ſalute ſcilicet Antichriſtus,vel ipſe diabolus.

g *Qui in gl.oc.* Antichriſtus & ſui occidūt gladio materiali & perſuaſionis, & pereunt gladio ęterni iudicij.

h *Hic eſt pa.i.* patientiam & fidē tenebunt,quia illo deſtructo ſciunt ſe remunerandos. Reſpiciendo pœnam malorum & remunerationem bonorum patientes fiunt & fidem tenent.

i *Et ui.* Deſcripta tribulatione, quæ erit per Antichriſtum,& ſuos participes: ſubiungit aliam,quę fiet per ſuos apoſtolos,quos ipſe per totum mundum ſparget.

☞ Cornua

## NIC. DE LYRA.

¶ *quòd eſſet inuincibilis, ſed magis ad oppoſitum, ſicut ipſe iam fuerat deuictus ab Eraclio, & pater eius pluries debellatus. Item quia quod iſti expoſitores dicunt, ꝙ hæc rebellio fuit poſt receſſum Eraclij de Perſide,interfecto Coſdroe & reportato vexillo crucis dominicæ. hic autem dicitur:* Et admira. eſt uniuer. ter. poſt beſtiam, *propter eius curationem.* Et adoraue.draco.*per quem intelligitur Coſdroe. non enim adorauerunt eum poſt mortem ſuam,ſed ante, ut dictum eſt ſupra. Propter quod aliter exponitur hæc litera de vulneratione letali filij Coſdroe in uno conflictu contra Eraclium: a quo vulnere contra ſpem humanā fuit ſatis cito curatus: propter quod gentes ſibi ſubditæ crediderunt in eo eſſe aliquid numinis, cuius uirtute fuerat ſic ſanatus, ſicut & patrem ſuum adorauerant vt dictum eſt. ſecundum hoc dicitur:* Et uidi unum de ca.ſu.*i. filium Coſdroe ratione iam dicta.* (B)

a Quaſi occiſum iu mor.*i. letaliter vulneratum,*

b Et plaga mortis eius cu.eſt.*inopinabiliter.*

c Et admirata eſt &c.*p p talē curationē.*

d Et ad drac.*i.Coſdroe,quia dedit poteſtatem beſtiæ tradendo regnum filio ſuo.*

e Et ado.b.*i.filium Coſdroe credentes in eo aliquid numinis eſſe:*

f Dicentes.quis ſi. be. etc.*q.d.nullus, quia ſi in prælio vulneraretur. curabitur ſicut prius.* (Math. 26.e)

g Et d.eſt ei os l.m.& b.*per iactantiam & blaſphemias contra Chriſtum & eccleſiam.*

h Et da.eſt ei ptās f.m.qu.*qui faciunt tres annos & dimidium. dictū .n.eſt ſupra,ꝙ bellum Eraclij contra Perſas durauit ſeptem annis.& ſic medietas illius temporis aſcribitur Coſdroe,& alia medietas filio eius.*

i Et d.eſt il.b.f.cu.ſan. *quia ſanctum Anaſtaſium cum.lxx. monachis & multos alios interfecit.*

k Et da.eſt ei p.in o.tri.&c. *q̄a multæ gētes & diuerſarū linguarū erāt ſub ptātē ſua. & eſt hic hyperbolica locutio accipiēdo oēm populū & gētem p multo populo & gēte, ſicut frequēter fit in ſcriptura,& in cōi mō loq̄ndi.ſicut dicitur,tota ciuitas eſt in tali feſto,ad denotādū, ꝙ ſunt ibi multi de ciuitate.et ſimiliter qd ſubditur:* Et adorauerūt eā oēs &c.

l Quorum non ſunt.ſcr.n.in li.u.a.*i.in libro prædeſtinationis diuinę, qui dicitur liber vitæ agni ratione deitatis,& etiam ratione humanitatis,in quantum omnes prædeſtinati ſaluantur in fide mediatoris.*

m Qui oc.eſt &c.*qd dupliciter pōt intelligi. Vno mō diſpoſitiue, quia ſic Deus ab æterno diſpoſuit mundū facere,quæ quidē diſpoſitio pōt dici*

quædam

¶ Antichriſtum. a ¶ Fingentem ſe tanquam mortuum.

a di vnum de capitibus ſuis quaſi oc- a

¶ Simulatorię.

b ciſum in mortē, & plaga mortis eius b

¶ Per aſcenſionem.

curata eſt. Et admirata eſt vniuer- c

¶ Imitans beſtiales. a ¶ i. Antichriſtum.

ſa terra poſt beſtiam. Et adoraue- d

a ¶ i. diabolum. b ¶ Reſurgendi vt videbatur.

runt draconem, qui dedit poteſta-

¶ Antichriſtum.

tem beſtiæ, & adorauerunt beſtiam e

¶ Cum reſurrexit.

dicentes: Quis ſimilis beſtiæ, & quis f

a ¶ Voluntati eius reſiſtere. b ¶ Permiſſione Dei.

poterit pugnāre cum ea? Et datum g

a ¶ Magniloquio ſe extollens. b ¶ Quia dicet ſe filium Dei.

eſt ei os loquens magna, & blaſphe-

mias, & data eſt ei poteſtas facere h

¶ i. operari per menſes.

c menſes quadragintaduos. Et ape-

a ¶ Negando Deum eſſe. b ¶ i. contra Deum, vel vſque ad Deum.

ruit os ſuum in blaſphemias ad Deū,

d & blaſphemare nomen eius, &

a ¶ i. omnes illos,qui ab illis maioribus proteguntur.

tabernaculum eius, ēt eos, qui in

¶ Permiſſum.

cælo habitant. Et datum eſt illi bel- i

¶ Corporaliter.

lum facere cum ſanctis, & uincere

¶ Vel eos.

illos. Et data eſt ei poteſtas in k

omnem tribum, & populum, &

linguam, & gentem: & adoraue-

a ¶ i. dediti terrenis.

runt eam omnes, qui inhābitabant

¶ i. Reprobi tantum.

terram, quorū non ſunt ſcripta no- l

a ¶ Qui liber eſt agnus,ipſe enim idem eſt agnus & liber.

e mina in libro uitæ agni, qui occiſus m

¶ q.d cauete omnes.

eſt ab origine mundi. Si quis ha- n

¶ Intellectum. ¶ Intelligat.

f bet aurem audiat. Qui in captiui- o

¶ In pœnas infernales.

tatem † duxerit, in captiuitatem ua- († ducit †Gen. 9. a)

g det: † qui in gladio occiderit, opor- p

¶ i. in reſpectu pœnarum & remunerationis.

h tet cum gladio occidi. Hic eſt patien q

a ¶ Priore minorem.

i tia & fides ſanctorum. Et uidi aliām r

*quædam mundi origo,inquantum ad exēplar mundi præconcepti æternaliter a Deo productus eſt mundus temporaliter in effectu. unde Boetius libro de conſolatione: Tu cuncta ſuperno ducis ab exemplo, Mundum mente gerens ſimilemq; imagine formans. Alio modo figuratiue. & ſic ab initio mundi Chriſtus in Abel fuit occiſus: nam occiſio Abel innocentis fuit figura occiſionis huius agni. vnde dicit Aug. ꝙ fuit in Abel occiſus, & in prophetis exhonoratus.* C

n Si quis habet. *Hic ultimo deſcribitur finis belli Perſarum & Eraclij, cum dicitur:* Si quis habet au.*i.intellectum.*

o Audiat.*ſupple finē belli Eraclij & Perſarum. quia Perſæ,qui multos Chriſtianos duxerant captiuos ab Eraclio & eius exercitu fuerunt captiuati.*

p Qui in gla. occi. &c. *quia Coſdroe,qui multos occiderat,ab Eraclio eſt occiſus.*

q Hic eſt patiē.& fides ſanctorum. *quia Zacharias patriarcha Ieroſolymitanus,qui cum alijs pluribus ſanctis ductus fuerat in Perſidem captiuus, habuit meritum patientiæ, & per Eraclium cum eis fuit in Ieruſalem reductus.*

r Et uidi aliam be. *Deſcripta eccleſiæ perſecutione a Coſdroe & eius filio, hic conſequenter idem deſcribitur ſub Mahumeto & eius populo. & diuiditur in tres partes.* (Diuiſio) *nam hæc perſecutio primo incipitur, ſecundo alia intercipitur ſe.ca.ibi: Et uidi & ecce nubem. tertio primo reſumitur.xvi. c.ibi: Et ſex. Prima adhuc in tres. quia primo ponitur conditio ſectæ Saracenorum, ſecundo perſecutio Chriſtianorum, in principio ſe.ca. tertio punitio perſecutorum,ibi: Et alios angelos. Prima adhuc in duas. quia primo ponitur dictæ ſectæ conditio. ſecundo cuiuſdam ſententiæ ſecretæ velatio, ibi. Hic ſapientia eſt. Circa primum ſciendum, ꝙ licet de inchoatione ſectæ Mahumeti uaria dicātur a diuerſis, tamē conuenientius tenetur ꝙ incæpit circa finē tpis Eraclij, de quo dictū eſt in parte præce. hic aūt Mahumetus de paupertate ad diuitias eleuatus cogitauit fieri rex Iſmaelitarū,de quo populo erat, q ꝓprie dicūtur Agareni.nā Iſmael fuit filius Agar ancillę Sarę, dicūtur tamē vſurpatiue Saraceni a Sara libera. Ad obtinēdū uero ꝓpoſitū vſus fuit cōſilio,& auxilio cuiuſdā monachi hæretici, noīe Sergij: cōdēdo legē falſam & carnalē, & qbuſdā autoritatibus ve.ac no.Teſt.coloratā, vt ſic nō ſolū a Gentibus ad carnalia pronis, ſed etiam a ſimplicibus Chriſtianis & Iudæis, de quibus aliqui habitabant cum Iſmaelitis, facilius reciperetur: finxit etiam legem illam a Deo reuelatam tanquam prophetæ Dei ſummo. Igitur de ipſo dicitur:* Et uidi aliam beſtiam. *i. Mahumetum uitam voluptuoſam ducentem. quæ beſtialis dicitur. nam fuit luxurioſus & libidinis ardore ſuccenſus ſup oēs homines orientalis regionis, iactās ſe ſo* (D) (Saraceni Agareni Gene.c.16.) (1. Ethicor.)

¶ *lum,ſuper*

## MORALITER.

✱ c *Et admi.eſt vniuerſa terra.* de tali euaſione mali: quia communiter bonis hominibus non contingit.

d *Et adoraue.draco.&c.* quia reuerendo tyrannum reuerentur diabolum,cuius eſt membrum.

g *Et da.eſt ei os &c.* i. pmittitur loqui ſuperba & blaſphematoria.

h *Et data eſt ei po. face. men. qua.* Menſis dicitur a mene quod eſt defectus. & ideo facere menſes,i. defectus eſt deficere. tyrannus autem deficit in obſeruantia decalogi & euangelij,& duplicis dilectionis præcepti: quod ſignificatur per menſes.xlij. nam quadraginta ſunt quater decem, & ſic ſignificat decalogum & euangeliū quadrupliciter deſcriptum & per duos ſuperadditos duplex charitatis præceptum.

k *Et data eſt illi po.in om.tri.&c.*i. ſuper multos bonos. & eſt hic hyperbolica locutio.

n *Si quis habet aurem au.* q.d. ſicut tyrannus bonos captiuat & occidit temporaliter, ſic æternaliter captiuabitur, & ad mortem gehennæ ducetur.

r *Et uidi aliam beſtiam aſcendentem de ter.* hoc literaliter exponitur de Mahumeto,qui legem falſam dedit Iſmaelitis. ideo myſtice poteſt exponi de quolibet hæreſiarcha,qui doctrinam erroneam dat diſcipulis ſuis. ideo ſubditur:



✱ Et habebat

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E a *Cor.duo.* Quia ſimulabunt ſe hr̃e innocentiam, & puram ui tam & veram doctrinam & miracula, quæ Chriſtus habuit & ſuis dedit. Vel duo Teſtamenta ſibi vſurpabunt.
b *Et loque ſi.i.* pſeudo apoſtoli ita loquentur ſicut diabolus in Antichriſto erat locutus.
c *Et po.pr.* Quia in omnibus caput ſuũ ſibi præponebât, ſcilicet Antichriſto.
d *Terrã.i.* terrenos, & in amore terræ perſeuerantes. vel terra ſm̃ corpus, habitantes in ea ſecundum animam.
e *Ado.be.pri.cu.cu.eſt pl.mor.* Quia et hi ſimulata reſurrectione prædicationis ſuæ faciunt fundamentum ſicut & apoſtoli Chriſti fecerunt.
f *Ignem.i.* malignum ſpĩm ſup ſuos faciet deſcendere, vt loquant̃ varijs linguis. Vt apoſtolis datus eſt ſpuſſctũs in ſpecie ignis, ſic & illi dabunt ſpiritum malignum in ſpecie ignis.
*Act.2.a* g *In con.ho.* Vt omnes videre poſſint, cum apoſtoli in conclaui acceperunt.
h *Vt lo.im* Qui magica arte faciet ſtatuam loqui & futura prædicere.
i *Habe.char.&c.* In manu & in fronte ponent ſigna, vt omnes Deum confiteantur ſuum verbo & opere.

☞ Nume-

a ¶Pſeudo apoſtolos. b ¶In ſuperbiam vel perditionem proficientem. c ¶Per amantes terrena.

beſtiam aſcendentem de terra: & ha a b

a ¶Quia ſi quid boni in eis videbitur, ſimulatio erit.

a b bebat cornua duo ſimilia agni. Et c

a ¶i.omnes modos decipiendi, quibus Antichriſtus decipit.

c loquebatur ſicut draco. Et poteſta- d
tem prioris beſtiæ omnem faciebat
d in conſpectu eius, & fecit terram & e f

¶Antichriſtum.

e inhabitantes in ea adorare beſtiam
primam, cuius curata eſt plaga mor g

¶Ad confirmationem prædicationis.

tis. Et fecit ſigna magna, ut etiam h i
f ignem faceret de cœlo deſcendere
g in terram in conſpectu hominum. K
Et ſeduxit habitantes in terra, pro- l m

a ¶Permiſſione Dei.

pter ſigna quæ data ſunt illi facere

a ¶In inuocatione nominis Antichriſti. ¶Præcipiens.

in cõſpectu beſtię: dicens habitan- n o

a ¶Se conformans illi. ¶Vel ad literam.i.aliquam ſtatuam.

tibus in terra, ut faciant imaginem p

a ¶Mortis.

beſtiæ, quæ habet plagam gladij, &

a ¶Reſurrexit. b ¶A diabolo permiſſione Dei.

uixit. Et datum eſt illi, ut daret ſpi- q r

a ¶Conformibus Antichriſti. b ¶Diuerſis linguis.

h ritum imagini beſtiæ, & ut loqua- ſ

a ¶i.conformes eius. b ¶Per principes ſeculi.

tur imago beſtiæ. Et faciet, ut qui- t

a ¶i.conformantes ſe ei, vel ad literam.

cunque non adorauerit imaginem

a ¶Morte corporis. b ¶Quia dicent Deum ſuum & omnes recipere & neminem abijcere.

beſtiæ, occidatur. Et faciet eos pu- u
ſillos & magnos, & diuites & pau-
i peres, & liberos & ſeruos, habere x
characterem in dextera manu, aut y z
in frontibus ſuis, & ne quis poſſit a

a ¶Ad literam, vel ſeruos Dei acquirere, vel ad ſpiritualem ſenſum.

emere, aut uendere, niſi qui habeat b

G *diſcipuli, q̃ lunam a ſe uocatam fecit deſcendere, quæ ratione luminis conuenit cum igne. & ſic ſecundum opinionem hominum fecit ignem deſcendere.*
l Et ſeduxit habit. in terra. *per ſe & diſcipulos ſuos.*
m Propter ſigna. *quæ falſo dicta ſunt de eo.*
n In con.be. *Id eſt ſuipſius. ſciebant.n. q̃ erant ſigna mendacia. Vel aliter:* In con.be. *id eſt populi beſtialis. & de facili ſeductibilis, qualis erat populus Hiſmaelitarum habitans in deſertis.*
o Dicens ha.in ter. *ſibi ſubiecta.*
p Vt faciat ima. be. quæ habet pla. &c. *Hoc additur ad deſignandum q̃ beſtia hic accipitur pro ipſo Mahumeto, & non pro populo per ipſum decepto. Dicitur autem eius imago lex ab eo data, in quo repreſentatur eius conditio & uita, quam præcepit firmiter cuſtodiri. & hoc eſt quod dicitur:* Vt faciant imaginem &c. *i. opere adimpleant eius legem.*
q Et datum eſt illi. *i. permiſſum a Deo.*
r Vt daret ſpiritum imagini. *i. uigorem ſuæ legi. Lex enim dicitur uiua quamdiu uiget & mortua cum abrogatur.*
ſ Et ut loquatur imago beſtiæ. *i. ſententiam ſuam oſtendat, ſicut dicitur: Lex talis loquitur in tali caſu. nam omnia fere accipiuntur hic metaphorice.*
t Et faciet ut quicunque non ado.imaginem beſtiæ. *Nam præcepit ſub pœnam mortis legem ſuam haberi in magna reuerentia.*
u Et faciet omnes puſil. & magnos. &c. *id eſt, omnes homines cuiuſcunque conditionis.*
x Habere chara. *i. circunciſionem, ut dicunt aliqui nam Saraceni ſunt circunciſi ſicut & Iudæi. Sed litera ſequens diſſonare uidetur, cum dicitur.* In dextera manu, aut in frontibus ſuis. *quia circunciſio non ſit in partibus iſtis. Et ideo per characterem uidetur hic intelligi determinatus modus uiuendi ſecundum legem Mahumeti, qua Saraceni ab alijs gentibus diſtinguuntur. ideo dicitur.* H
y In dextera ma. *quantum ad operationem.*
z Aut in frontibus ſuis. *per apertam confeſſionem.*
a Et ne quis poſſet emere aut uendere. *id eſt cum Saracenis in ſuis legalibus communicare.*
b Niſi qui habeat chara.be. *i. modum uiuendi dictum.*

¶ Aut nomen

## NIC. DE LYRA.

¶ *lum ſuper quadraginta homines ex diuino munere virtutem generatiuam & coeundi poteſtatem habere, vt ſcribitur hiſto iæ orientalis eccleſiæ libro. 1.ca.v. qui aliter nominatur. ſ. liber epiſcopi Aconenſis: quia fuit auctor huius libri.*
a Aſcenden. de ter. *quia per mercationes & rapinas aſcendit de paupertate ad diuitias, ut dicitur ibidem.*
b Et habebat co.duo ſimilia agni. *i. Chriſti, cuius duo cornua dicuntur hic prophetia inquantum fuit viator, prout declaratum fuit ſuper illud: Propheta magnus ſurrexit in nobis &c. & lator legis nouæ. Mahumetus vero finxit ſe eſſe prophetam, & legis diuinæ latorem, vt dictum eſt. propter quod dicitur habere duo cornua ſimilia cornibus agni, quia non fuerunt talia ſecundum ueritatem, ſed ſecundum humanam fictionem.*
F *Luc. 7.c.*
c Et loquebatur ſic.dra. *ſ. aſtute, mendaciter & doloſe.*
d Et poteſtatem prioris beſt. omnem facie. *Quod exponunt aliqui de poteſtate filij Coſdroe, qui ſupra nominatus eſt beſtia. nã Mahumetus & eius ſequaces poteſtatem regni Perſarum tranſtulerunt ad Saracenos. & ſic dicitur hic feciſſe omnem poteſtatem prioris beſtiæ: Sed huic expoſitioni uidetur contradicere quod ſequitur:* Et fecit terram, & habitantes in ea ado.beſtiam primam. *nam auferendo poteſtatem a Perſis non fecit adorare regem eorum, ſed magis contrarium. Propter quod mihi videtur, ſaluo iudicio meliori, q̃ hic prior beſtia ſit ipſe Mahumetus, qui dicitur beſtia ratione uitæ beſtialis ut dictum eſt: & prima, quia primus rex fuit Saracenorum beſtialiter viuentium. Modus autem primi regis in aliquo regno eſt regimen ſuum firmare & dilatare quantum poteſt. quod fecit ipſe Mahumetus. ideo dicitur:* Et poteſtatem prioris beſtiæ omnem faciebat. *quia quidquid ſolet facere primus rex ad firmandum & dilatandum ſuam poteſtatem, diligentius habebat.*
e In conſ. eius. *i. prout ſibi ad finem intentum expediens videbatur.*
f Et fecit terram &c. adorare beſtiam pr. *ſ. ſeipſum, qui dicitur beſtia prima ratione dicta. non tamen fecit ſe adorare tanquam Deum, ſicut fecit Coſdroe, ſed ſicut prophetam Dei ſummum.*
g Cu.cu.eſt pl.m. *Mahumetus.n. in quodã bello grauiter vlneratus ſed poſtea curatus, vt dicitur primo libro hiſtoriæ orientalis eccleſiæ ca.v.*
h Et fecit ſigna ma. *falſa tamen.*
i Vt etiam ignem faceret de cælo deſcendere in terram. *Hic accipitur ignis metaphorice ſicut & alia, quæ dicuntur hic. Mahumetus.n. poſtquam iam magnus erat effectus, cœpit cadere epilentica paſſione. pp quod ne ex hoc uiliſicaretur, dixit ſe hoc pati ex apparentia Gabrielis archangeli, vt pote homo purus non potens ſuſtinere refulgentiam ipſius ſicut Dan.x.d. dixit angelo ſibi apparenti: Domine mi in viſione tua diſſolutæ ſunt compages meę, & nihil in me remanſit uirium. angeli uero ignis uocantur, Pſal.ciii.a. Qui facis angelos tuos ſpiritus & miniſtros tuos ignem urentem. Sed quia iſtud erat falſum, ideo ſubditur.*
k In con.ho. *i. in opinione falſo ſibi credentium. Dixerunt etiam ſui diſcipuli,*

## MORALITER.

✻ b *Et habebat cornua duo ſimilia agni.* ſ. Chriſti, cuius duo cornua ſunt duo Teſtamenta, quorum vetus dedit per prophetas. nouum autem per ſemetipſum. ſicut dicitur Hebr.1.a. Olim Deus loquens patribus in prophetis &c. Hęreſiarcha uero ſuam doctrinam nititur defendere per ſcripturam veteris & noui Teſtamẽti. quia tamen male allegat eam, non dicitur habere cornua agni, ſed ſimilia cornibus agni.
c *Et loquebatur ſicut draco*. id eſt ſicut diabolus ſuggerit ei.
d *Et poteſtatem prioris beſtiæ &c.* per quam ſignificatur tyrannus, vt dictum eſt, cuius amicitiam & familiaritatem quærit hæreſiarcha, vt ad defenſionem ſuæ hæreſis vtatur eius poteſtate, ſicut legitur de Arrio & pluribus aliis: & ſic poteſtatem eius facere dicitur inquantum ea ad malum vtitur.
f *Et fecit terram & habitantes in ea adorare beſtiam prioris &c.* id eſt tyrannum inducens populum ad eius reuerentiam, vt ſic magis habeat eius amicitiam.
h *Et fecit ſigna magna, ita ut etiam ignem faceret deſcen. &c.* Hoc fuit in Pelagio. cuius diſcipuli dixerunt, quòd fuit ſpiritusſanctus, qui eſt ignis diuinus. Et quia hoc erat falſum, ideo ſubditur.
k *In conſpectu hominum*. id eſt ſecundum falſam æſtimationem credentium.
o *Dicens habitantibus in terra: ut facerent imaginem beſtiæ. &c.* id eſt vt facerent reuerentiam filio tyranni, qui eſt eius imago naturalis, vt ſic ad defenſionem ſuæ hæreſis ſuccederet patri.
q *Et datum eſt illi: ut daret ſpiritum imagini beſtiæ.i.* uoluntatem filio tuendi ſuam hæreſim verbis & factis.



A a *Numerum no.* i. qui expectant ab eo remunerationem minorem, vel mediocrem, vel maximam.
b *Qui ha.in.* Cum liber Græce ſit editus ſm̃ Græcos numerus eſt quærendus, apud quos omnes literæ numerum ſignificant nomen eius antemos quod ei cõpetit, qui Chriſto cõtrarius dr̃. a. vnum. n. quinquaginta. t. ccc. e quinq;. m. quadraginta. o. ſeptuaginta ſ. cc. Vel arnoyme i. nego, qui Chriſtum negat Deum, in quo idem numerus. a. vnum. r. cc. n. quinquaginta. o. lxx. y. cccc. m. xl. e. quinq;. Vel teitan i. ſol, gigas. qđ vere Chriſto, vſurpatiue conuenit Antichriſto. T. ccc. e. quinq; i. x. iterum. t. ccc. a. vnũ. n. l. Vel latinis literis. Diclux. quia ipſe ſe lucẽ eſſe dicet. D quingenti. i. vnum. c. centum. l. quinquaginta. v. quinq; x. decẽ. & ſic eadem ſumma. Sex primus perfectus numerus eſt, & ſignificat illos minus perfectos, qui coniugati ſunt, & pro modo ſuo decem præcepta ſeruant. Sexaginta ſignificat mediociter perfectos, qui dimiſſis legalibus coniugijs in caſtitate permanent, & iterum decem præcepta pro modo ſuo complent. Centum ſignificat perfectiſſimos, qui mentis & corporis integritatem non violant, & decem præcepta perfectiſſime ſeruant. Hi reddunt fructum, alij triceſimum, alij ſexageſimum, alij centeſimum. Et diſcipuli Antichriſti tũc dicent neminem poſſe ſaluari, niſi Antichriſto obtulerint aliquem de fructibus illis.
*Mat.13.b*

a ¶Quia ſignati ſunt nomine eius, & eum fatebuntur.

characterem, aut nomen beſtiæ, a

a ¶Vel nomen.

a aut numerum nominis eius. Hic b c

a ¶Quia res obſcura attentos facit.

b ſapientia eſt. Qui habet intelle- d

a ¶Vel nomen.

ctum, computet numerum beſtiæ. e f

a ¶Licet per hoc Deus videatur, ſapienti purus homo apparebit.

Numerus enim hominis eſt, & nu- g

a ¶Vel antemos, vel diclux.

merus eius ſexcenti ſexagintaſex.

C *ficatum autem dictę dictionis accõmodatum eſt huic numero ſexcenti. lxvi. Ad cuius intellectum ſciendum, quòd ſicut in latino aliquæ literæ accommodatæ ſunt ad ſignificandum numeros, ſicut litera c. ponitur pro centum. & l. pro quinquaginta, & ſic de aliquibus alijs, ita ſimiliter in græco literæ aliquę ponuntur pro numeris, & illæ, quibus ſcribitur hoc nomen antemos in græco, ſignificatur hoc modo latine ſexcentos lxvi. propter quod in aliquibus biblijs ponitur ſic: Numerus enim hominis & numerus eius eſt diclux. quæ dictio ſignificat apud Latinos numerum prædictum per literas, quibus ſcribitur: quia litera d. ponitur pro quingentis. i. p vno c. pro cẽtum. l. pro quinquaginta. v. pro quinq;. x. pro decem: & hæc ſimul iuncta faciunt ſexcentos ſexagintaſex. qui numerus competit Mahumeto modo dicto. & quia iſta ponuntur valde obſcure, vt patet, ideo præmittitur: Hic ſapientia eſt &c.*

In ca.xiii. vbi dicitur in Poſtil. Et uidi aliam beſtiam. Deſcripta eccleſię perſecutione ſub Coſdroe & eius filio, hic conſequenter &c.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Aut no *ſicut Saraceni ficti. nã ſicut inter Chriſtianos ſunt aliqui ficti, pp qđ pmittuntur cõicari Chriſtianis veris, ſic eſt inter Saracenos.*
b Aut nu.no.ei. *ſicut ſerui Saracenorum, alterius tamen legis, qui cõicant cum eis in humanis, eo q̃ ſunt de numero familiæ domus Saraceni.*
c Hic ſap.eſt. *Hic ponitur velatio cuiuſdam ſecretæ ſententiæ. ſ. numerus annorum reſpiciens Mahumetum. ideo dicitur:* Hic ſap.eſt. *i. res occulta ad intelligendum, quam capere proprie eſt ſapientum.*
d Qui ha. *in. viuacem & penetratiuum occultorum.*
e Compu.nu. be. *i. Mahumeti, qui beſtia dicitur, vt patet ex pdictis.*
f Numerus.n.ho.eſt &c. ſexc. &c. *ſ. anni. & ad quid referatur determinate iſte numerus patet, quòd non refertur ad numerum annorum vitæ ipſius, quia non tantum vixit, ſed lxiij. annis, vt habetur in hiſtoriali ſpeculo. Propter quod aliqui dixerunt, q̃ refertur ad durationem legis ipſius, quæ tantum debet durare. Sed hoc non videtur verum, nam lex illa fuit data circa finem temporis Eraclij, vt prædictum eſt, qui cœpit imperare anno domini ſex centeſimo. xiij. & imperauit. xxx. annis. a fine autem huius temporis vſq; ad præſentem annum, qui eſt annus domini M.ccc.xxix. fluxit maius tempus, vt patet conſideranti. & tamen adhuc durat lex Mahumeti. Propter quod aliqui dicũt, q̃ poſt mortem Mahumeti lex eius fuit correcta per ſapientes Saracenos, & ab illa correctione debet incipere numerus annorum durationis illius legis. Sed hoc non videtur probabiliter dictum. Tum quia non diceretur lex Mahumeti, ſed ſapientium. Tum quia illi ſapientes dicũtur fuiſſe diſcipuli Mahumeti, & ſic illa correctio non fuit poſt eius dationem a Mahumeto per tempus notabiliter magnum. & ſic ab illa correctione iam fluxerunt ſexcenti. lxvi. vel de valde propinquo ſunt complendi. & tamen lex Mahumeti non videtur hic propinqua ceſſationi. nam a paucis annis multum inualuit. Tartari.n. qui ſunt in maximo numero, legem illam perceperunt pro maiori parte illius populi, ſicut audiui aſſertiue a quodam epiſcopo ordinis noſtri, qui per plures annos inter Tartaros habitauit. Propter quod ſaluo meliori iudicio videtur, q̃ iſte numerus annorum ſit incipiendus ab incarnatione Domini, & terminandus in morte Mahumeti de quo prophetice loquitur hic Iohannes. Quod ſic poteſt declarari. nam ab anno incarnationis domini, vſq; ad finem imperij Eraclij fluxerunt anni ſexcenti. xliiij. vt patet ex prædictis. & Mahumetus vixit lxiij. annis, vt dictum eſt. & iſti numeri ſimul iuncti faciunt ſeptingentos ſex annos. a quibus oportet ſubtrahere annos, quibus Mahumetus vixit cum Eraclio. aliter illi anni bis computarentur, ut patet intuenti. iſti vero anni æſtimantur probabiliter fuiſſe quadraginta, quia Mahumetus primo fuit pauper & poſtea inualuit per mercationes. & poſtea per rapinas & fraudes, antequam attentaret ſe regem facere, & legem dare, quam dedit circa mortem Eraclij. & ſic de uita Mahumeti videntur probabiliter fluxiſſe. xl. anni ante tempus mortis Eraclij, quibus demptis a ſeptingentiſſex, remanent præciſe ſexcenti ſexagintaſex anni ab incarnatione domini vſq; ad mortem Mahumeti & ſecundum hoc poteſt litera exponi.* Numerus.n.hominis. *ſ. Chriſti qui fuit homo perfectus ſcientijs, & virtutibus ab inſtanti incarnationis.*
B
*Supputatio annorum à Chriſto ad Mahumetũ*
g Et nume.eius eſt. *Mahumeti* ſexcenti lxvi. *quia tantus numerus annorum fuit anno, quo dominus factus eſt homo vſq; ad terminum vitæ Mahumeti, vt prædictum eſt. Sciendũ aũt, q̃ liber Apocalypſis fuit ſcriptus in Græco, in quo habetur hoc nomen antemos, vbi dicitur hic, ſexcẽti. lxvi. cuius ſignificatum proprium eſt, contrarius. quod pprie conuenit Mahumeto, qui fuit contrarius Chriſto negans eius diuinitatem, vt prædictum eſt, & perſequens Chriſtianos, ut dicetur in parte ſequenti. Significatum autem*

## ADDITIO.

Circa ſectã Saracenorum, & eius ſacrilegum autorem, de q̃bus B. Iohannes ſm̃ Poſtillatorem incipit agere ab iſta viſione, vbi dr̃: Et uidi aliam beſtiam aſcendentem de terra, & habebat cornua duo &c. quædam occurrunt attendenda, quæ ad maiorem informationem fidelium pſertim ſimplicium ſunt notanda. Primũ de eius ſectæ initio ſeu inchoatione ſm̃ de falſis, & ficticiis huius ſectæ fundamentis. tertium de errorib. & vitiis multiplicibus in ea contentis. quartum de rõne & cauſa quare multitudo Gentium ad tãtos errores confluxit. quintum de diuturnitate durationis eius. Circa primum ſciendum, q̃ licet oẽs hiſtoriographi cõueniunt in hoc q̃ tpe Eraclij imperatoris circa finem vitæ ſuæ hæc ſecta nefanda habuit initium, non tñ oẽs conueniunt de modo, cauſa ſeu occaſione hmõi initii. Et forte ideo Poſtillator prætermiſit hmõi cauſam ſeu occaſionem declarare. vr̃ tñ q̃ hoc traditur ſufficienter in quadam hiſtoria breui fratris Ptolomæi de luca, qui de hiſtoriis Iſidori & Richardi & Martini multa collegit ad hoc ptinentia, in q̃ quidem hiſtoria hr̃, q̃ cauſa ſeu occaſio, ex qua hmõi error ſumpſit principium, fuit magna tyrannides Eraclii imperatoris, qui poſt victoriam de Perſis habitam, in ſuperbia eleuatus & nimia cupiditate accenſus, nimis premebat Perſas & Arabes & Chaldæos & alios confines eiuſdem, in tributis & aliis exactionib. grauib. & inordinatis, ex quo populi illarum regionum inclinati fuerunt ad reſiſtẽdum exactorib. imperatoris: qđ tñ non audebant cõmittere, timentes eius tyrannidem & magnã ptãtẽ. Sed Mahumetus, qui maxime audaciæ & verſutiæ erat, & ẽt magnis artib. eruditus ſe eis adiunxit, qui inueniens diſpoſitionẽ gẽtiũ pdictarũ, ad rebellãdum Romano imperio eos incitauit ad cõmittendã pdictã rebellionẽ, ſpecialiter, in denegãdis tributis ſub colore liberãdi illas gentes a prædictis exactionib. Vñ & gentes illæ acceperunt eũ in ducem & caput, ſub quo ſæpe debellauerunt collectores & gentes imperij de q̃b. pdictus Mahumetus obtinuit multas victorias. Et ut firmius hmõi principatũ ſeu ducatũ ſibi vſurparet, coronatus eſt dare eis nouũ cultũ & ritũ, ſub quo in dicta rebellione pſeuerarẽt. vñ conſilio ſeu ſuggeſtione cuiuſdã hr̃tici monachi Sergii noĩe accepit q̃dã quaſi prima ſacra legis Moſaicæ & euangelii Chriſti, vt infra patebit, vt ſic crederet̃ a rudib. ppl̃is ipſum eſſe cõſeruatorẽ vtriuſq; legis ſeu Teſt̃i. Vñ recte cõſiderãti, hæc ſecta nefanda pprie aſſimilatur ſectę ſeu idololatriæ Ierobeã in ſuo initio, de quo agit̃. iii. Reg. xii. b. vbi hr̃, q̃ pp fatuitatẽ Roboã, q reſpuẽs cõſiliũ ſeniorũ minatus eſt ppl̃m aggrauare in ſuis exactionib. Ierobeã cepit occaſionẽ rebellãdi regi, & deinde puertẽdi ppl̃m a cultu diuino, qui q̃dẽ error pſeuerauit in decẽ tribub. vſq; ad eorũ totalẽ trãſmigrationem ſeu pditionẽ, vt planiꝰ hr̃. iii. & iiii. Re. Poſt vero hmõi initiũ in pdictis regionib. hitũ: multæ aliæ gẽtes ſũt cõmotæ ad adhærẽdũ pdictis ſub colore pdictæ libertatis. Et ſpãliter de radice montis Caucaſi egreſſa eſt gẽs pfida cõtra Eracliũ, q̃ q dẽ gẽs Nabathea vocat̃, q̃ ſm̃ Iero. a Nabaoth primogenito Iſmael deſcẽdit: q̃ q dẽ gẽs deuaſtauit regiões iperij vſq; i Syriã & Iudæã. deinde pmittẽte Deo & malicia humana creſcẽte, totã Aphricã, & deinde Hiſpaniã fere occupauerũt. & licet ab Hiſpania diuina miſeratiõe opitulãte, & probitate regũ Hiſpaniæ p Deo militãtiũ pro maiori pte ſunt eiecti. adhuc tñ hodie ad exercitiũ bonorũ aliqua radix germinãs fel remanet. Circa ſm̃. ſ. de falſis & fictitiis huius ſectæ fundamẽtis ſciẽdũ, q̃ ſeductor pdictus attẽdẽs, q̃ tpe illo iam idololatria fuerat ab orbe excluſa per doctrinã apl̃orũ & diſcipulorum Chriſti, put prophetatũ fuit Eſa. ii. de tpe Chriſti. Et idola penitus cõterẽtur. ſimiliter & Coſdroe q ſe fecerat vt Deũ adorare, cũ eiꝰ ſequacib. fuerũt per Eracliũ deuicti & ſuppſti, nõ inuenit aliũ modũ introducẽdi ritu & cultũ nouũ, niſi fingendo ſe legis diuinæ hactenus approbare cõſeruatorẽ & executorẽ. & q̃a lex diuina ædificata eſt ſup fundamẽtũ apoſtolorum & pphetarũ, vt dr̃ ad Eph. ii. iõ finxit ſe eſſe prophetã & apoſtolum. Vñ his duob. nominibus cõiter apud oẽs qui hunc
D
*Origo, occaſio, & tempus ſectæ Mahumetanæ.*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E qui hunc errorem fatentur, ſeductor ille appellatur. Vocant.n.eũ
prophetã, ſimpliciter quaſi antonomaſice, vt intelligatur eximius
prophetarum. Vocant ẽt eum nuncium ſeu apoſtolum dei cõiter
in ſuis oratoriis execratis, ut vtriuſq; legis conſeruator atq; erudi-
tor æſtimaretur, per prophetiã ſ.reſpectu antiqui Teſt.per apoſto-
latum uero reſpectu noui. Recte igitur in reuelatione fact beato
Iohanni figuratur per beſtiam aſcendentem de terra, quia beſtiali
ter uiuens, vt infra patebit, de Gẽtilibus & cogitationibus terrenis
ad ſublimem potentiam mundanam aſcendit. Dr̃ etiã habere duo
cornua ſimilia agni, quia ſicut veritas euangelica per duo cornua
fuit diuulgata ſ.propheticũ & apoſtolicũ.per propheticum ſ.pro-
nunciantẽ.&per apoſtolicum declarantem, ſeu teſtificantẽ, ſic fal-
ſitas Saracenica fuit ampliata per dictũ ſeductorẽ fingentem ſe ha
*Duo cornua* bere p̃dicta duo cornua ſimul, vt dictũ eſt. Vnde notãter dicuntur
duo cornua ſimilia agni, ad oſtendendũ, ꝙ non erãt uera agni cor-
nua.ſ.ꝓphetia & apoſtolatus, ſed ſimilia.i.ficta ſeu ſimulata. Et no
tandum ꝙ Saraceni hæc duo cornua falſo nituntur fundare in di-
ctis vtriuſq; Teſtamenti. De cornu.n.ꝓphetico allegant illud Deu.
*Deut.18.c* Prophetam ſuſcitabo eis &c.quod dñt de prædicto adimpleri. De
*Ioan.14.d* ſecundo uero allegant illud Iohan. Paracletus aũt ſpiritusſanctus,
quẽ mittet pr̃ in noĩe meo, ille vos docebit oĩa. Sed falſitas vtriuſq;
allegationis euidenter habetur. Nam in prima manifeſte habetur:
De medio fratrum tuorum.qđ non põt de p̃dicto ſeductore intelli
gi, quem ipſi confitentur fuiſſe Hiſmaelitã. In ſecunda autem mani
feſte habetur, ꝙ ille, qui mittendus erat, habebat docere oẽm ueri
tatem & ſuggerere oĩa, quæ Chriſtus p̃cepit. conſtat aũt ꝙ doctri-
nam euangelicam p̃dictus ſeductor q̃tum in ſe fuit, ſubuertit, vn
de de illo nõ p̃ñt aliquo modo verificari verba p̃dicta. Similiter il
lud, quod legitur Lu.xxi.c.Ego.n.dabo uobis os & ſapientiam, cui
non poterunt reſiſtere aduerſarii veſtri, non põt intelligi de præ-
dicto ſeductore, qui nullo modo docuit veritatem, nec ipſe & eius
ſequaces per ſapiam reſiſtunt, ſed ſolũ per uiolentiã, & armorũ po
tentiam vt per experientiã habetur, & in ſuo Alchorano expreſſe
traditur, ꝙ Deus mãdauit ſibi, vt per gladiũ cogeret populos ad re
cipiendum fidem ſuã. Ad deſignãdũ aũt ſeu fingendũ, ꝙ ipſe erat
vtriuſq; Teſtamenti conſeruator, & ſic haberetur tanq̃ ꝓpheta &
apoſtolus, p̃cepit ſeruare primum ſacr̃m antiqui Teſt.ſ.circũciſio-
nem, & primum noui.ſ.baptiſmum.omnes.n.ſub p̃dicta ſecta errã
tes maſculi circunciduntur, & tam uiri q̃ fœminæ baptizantur a-
*Errores Mahumeti circa circunciſionẽ & baptiſmum.* qua. In utroq; tamen errauit manifeſte ab vtroq; Teſtamento. Nã
circunciſio, quæ in octaua die p̃cipitur fieri, vt Leui.xii.a. in ætate
adulta iuuenili, & ultra per ipſos fit: & ſic p̃dicta circunciſio non
eſt Moſaica, prout uoluit fingere, ſed Hiſmaelitica ſeu Nabaotica.
F Baptiſmus aũt, qui ſ̃m veritatem apoſtolicæ doctrinæ nõ iteratur,
cum ſit generatio ſpiritualis correſpõdens generationi carnali nõ
eſt niſi unica. vnde ad Eph.iiii.a. Vna fides, unum baptiſma. nam ſe
cundum glo. vna Chriſti mors vnum baptiſmum conſecrauit. Ipſi
*Errores uarij Mahumetis* uero fatuizantes ſæpe & ſæpiſſime baptizantur, ſeu aqua abluũtur
pro immundiciis tñ corporalibus: nam de ſpiritualibus immundi
ciis minime curant, & ſic dicentes ſe conſeruare vtramq; legem,
utriuſq; manifeſtant corruptores. & ſic patet ꝙ huius ſectæ funda-
menta ſunt falſiſſimæ fictiones. Circa tertium.ſ.de erroribus & vi
tiis multiplicibus in ea contentis. Sciendũ ꝙ prout hr̃ in quodam
tractatu fratris Nicolai de ordine prædicatorũ, qui incipit: Quot
ſunt dies ſerui &c. qui quidem frater in ciuitate famoſiſſima Sara-
cenorum, quæ dicitur Baldacum, in partibus orientalibus remotis
ſita, vbi generale ſtudium Saracenorum habetur, linguam & literã
Arabicam didicit, & legem ſeu ſectam eorum diligentiſſime ſtu-
duit, & cũ magiſtro ipſorum frequenter cõferens magis ac magis
peruerſitatem prædictæ legis apprehendit. Iſte.n.ſeductor vt pluri
mum ſecutus eſt in credendis errores famoſorum hæreticorum.
vnde negat trinitatem in diuinis, in quo ſequitur Arriani, & Sa-
belliani errores. Negat ẽt deitatem Chriſti, licet concedat ipſum
fuiſſe creaturam ſupereminentem oĩbus aliis creaturis, & ſanctiſſi
mum & uirtuoſiſſimum ſuper oẽs hoĩes, intantum ꝙ ipſum noiat
uerbum Dei & ſpiritum Dei & animam Dei. Negat ẽt Chriſtum
eſſe Deum per unionem perſonalẽ. ſimiliter concedit ꝙ fuit ſine
patre, & de virgine natus. aſſerit ẽt ꝙ Iudæi non occiderunt Chri
ſtum, ſed quendam ſimilem. & ꝙ Deus tranſtulit ipſum ad ſe, ſed
apparebit circa finem mundi, & occidet Antichriſtum, & poſtea
Deus faciet ipſum mori. Tradit ẽt, ꝙ dæmones p̃ñt ſaluari per Al-
choranum, & ꝙ multi ex eis facti ſunt Saraceni. Ponit etiã in Deo
corporeitatẽ. Narrat.n. ꝙ cũ ipſe iuiſſet ad Deũ, qui eũ vocauerat
per Gabrielẽ, ꝙ Deus impoſuit ei manus: & ſenſit tantã frigiditatẽ
tactus a Deo inter humeros, ꝙ peruenit frigiditas vſq; ad medul-
lam ſpinæ dorſi. Quæ q̃dem ſupradicta & multa alia falſa, & etiã
abſurda, quæ in ſuo Alchorano traduntur credenda, ꝓut in prædi
cto tractatu hr̃, cã breuitatis omittuntur, quæ oĩa cõtradicunt euã
gelicæ veritati, & aliqua ẽt rationi naturali, vt patet intuẽti. Circa
ſperanda ẽt falſa & hæretica tradidit. Vnde prout in prædicto hr̃
tractatu, prædictus ſeductor perniciofus aſſerit, ꝙ vltima beatitu-
do hominis conſiſtit in comedendo & luxuriando & in veſtibus
præcioſis, & hortis irriguis & hmõi: quod etiam ueri philoſophi
fide catholica carentes minime concedunt. ex dictamine.n.natu-
ralis rõnis coguntur concedere, ꝙ fœlicitas humana nedũ cõtẽpla
tiua, ſed

tiua, ſed ẽt politica, conſiſtit tantummodo in bono honeſtè, qđ eſt G
bonum rõnis. Nam ſ̃m Boe. in.iij. de conſol. Si voluptates beatos
efficere poſſent, nihil cauſæ eſt, quin pecudes beate dicerentur. de
quo plenius in.j.Eth. Iſte uero fatuus intantum attribuit veram &
vltimam beatitudinem delitijs carnalibus, ꝙ in p̃mium vltimum
hoc promittit beatis, aſſerens, ꝙ in paradiſo cæleſti hñt edere &
bibere epulenter, & uti virginibus & hmõi. qđ ridiculum eſt dicẽ
dum inter ſenſatos. Circa vero agenda concedit pluralitatem vxo
rum & concubinarum & ancillarum q̃tas quiſq; cepit in bello, &
põt nutrire: accepit ẽt ipſe indifferenter vxores aliorum. In quo vr̃
conuenire cum Nicolaitis hæreticis. Videtur ẽt concedere Sodo-
miam tam cum viro q̃ cum muliere, licet ipſi palliẽt q̃buſdam ex
poſitionibus extortis. De virtutibus aũt, vt de humilitate, patiẽtia,
miſericordia, vel de pace vel de charitate Dei & proximi nihil di-
cit dignum relatu, niſi ꝙ ipſe multum commendat pſalterium, &
alios ꝓphetas, & Iob & legem Moyſi, & ſup alia commendat euã-
gelium Chriſti. Et dicit ꝙ Chriſtus in euangelio prophetauit de ip
ſo filijs Iſrael dicens: Annuncio vobis de nuncio Dei, qui poſt me
venit, & nomen eius eſt Mahumetus, qđ q̃dẽ nomẽ aſſerit eſſe ſcri
ptum ab æterno in throno Dei in ſuperiori parte ad dexterã, quæ
& multa alia fabuloſa & deriſione digna in ſuo Alchorano ad lite-
ram continentur. Sed q̃a nihil horum in lege diuina antiqua nec
noua continetur, vt eſt manifeſtum, & ipſe p̃cepit frequenter legẽ
& euangelium oĩno obſeruari, ideo finxit aliam falſitatem notoriã
.ſ.ꝙ Iudæi corruperunt legem Moyſi & ꝓphetarum, & Chriſtiani
corruperunt euangeliũ, & ꝙ non remanſit de veritate legis & euã
*Integritas uet. & no. Teſta.* gelij, niſi tñ in Alchorano. Falſitas autẽ huius fictionis ſatis eſt ma
nifeſta. ſed ad hoc p̃ñt adduci rões, quæ prędictam falſitatem cla
rius demonſtrant. Prima eſt, nam talis corruptio ſcripturarum prę
dicta non potuit eſſe generalis & manifeſta, quia ſic alienationes
ſciuiſſent, & illa corruptio fuiſſet notoria, qđ eſt falſum notoriè.
Nec potuit eſſe particularis & occulta, quia ſic aliqui codices in-
corrupti remanſiſſent, quod eſt falſum. Nam in omni lingua & in
regione inuenitur lex & euãgelium vniformiter ſcripta. Item tex
tus veteris legis apud Hebræos eſt in lingua ꝓpria & litera, q̃ fuit
in monte Sinai data patribus per Moyſen. Et poſtq̃ fuerunt expul
ſi a terra ꝓmiſſionis, & per orbem diſperſi eandem legem tenent
vbiq; terrarum ſine aliqua variatione. Et qđ amplius eſt, tpe tem-
pli ſecundi poſt traſmigrationem decem tribuum per regem Aſſy
riorum, & duarum tribuum per regem Chaldæorum, de q̃bus hr̃
in.iiij.Regum. fuerunt congregati in Aegypto Lxx. interpretes de
peritiorib. eorum, qui iuſſu Ptolemei regis Aegypti fecerunt.lxx.
translationes, vnuſquiſq; eorum ſeorſum vnam. quæ q̃dem lx.trãſ
lationes fuerunt vniformes, ac ſi vno ore & calamo fuiſſent ſcriptę H
vt habetur in hiſtoria ſcholaſtica. & apud Hebræos, qui hanc tranſ
lationem Chaldaicam hñt, eſt notiſſimum. Vnde talis corruptio
non poteſt vete. Teſta. applicari, & multo minus nouo Teſta. Nam
quatuor ſacra euangelia, quæ per orbem terrarum fuerunt diuul-
gata, & aliqua Hebraicè, & aliqua Græce, & aliqua Latine ſcripta
poſtea fuerunt a pſeudo apoſtolis & hæreticis multipliciter impu
gnata, ſuffragantibus non nullis imperatoribus, & aliis uiris potẽ-
tiſſimis varijs hæreſibus infectis: quæ tñ ſacra Dei euangelia diui
na gratia opitulante, per ſacra quatuor generalia concilia fuerunt
firmiter approbata non ſine ſignis vel diuinis miraculis. Vnde &
hodie non ſolum apud Latinos, ſed etiam apud Græcos, qui no-
bis aduerſantur, textus euangeliorum vniformis habetur nemine
diſcrepante. Ex quo patet ꝙ p̃dicta fictio non ſolum eſt euidenter
falſa, ſed potius contra eum facit: Quõ.n.mandat obſeruari legem
& euangelium? Nam non illa, quæ apud nos ſunt, cum ipſa dicat eſ
ſe corrupta, nec etiam alia ab iſtis, cum nulla talia inueniantur in
toto orbe, vt eſt manifeſtum. Item qũo Chriſtiani potuerunt cum
Iudæis conuenire in tali corruptione, a quibus tam antiquo odio
diuiduntur? Qũo etiam conuenirent Chriſtiani & Iudæi in corru-
ptione eius, in quo maxime diſcordant.ſ.in Chriſto, quem Iudęi di
cunt non eſſe Deum, nec bonum hominem. Chriſtiani vero nõ ſo
lum dñt eum eſſe ſanctiſſimum hoĩem, ſed etiã verum Deũ. Mul-
tæ etiã aliæ rões ponuntur in p̃dicto tractatu, ex quibus habetur
manifeſte, ꝙ p̃dictũ Alchoranum eſt plenũ erroribus & vitiis: vn-
de & ꝓprie figuratum fuit in reuelatione beati Iohannis per be-
ſtiã & meretricem, vt per beſtiam intelligãtur errores in cognitio
ne, quia ſicut beſtia caret cognitione rõnis, & ſolum ſenſibilibus
adhæret, ita & iſti. Per meretricem vero intelligitur, ꝙ illa congre
gatio peſſima in libidinib. carnalibus effrõte & inuerecũdæ impli
catur. vñ Iere.iii.b. Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti
erubeſcere. Et ideo licet Poſtillator hoc, quod dicitur, beſtia & me
retrix, applicet diuerſis rõnibus eorũ.ſ.Turcis & Aegyptiis, tamen
vtraq; natio ſecundum magis & minus vtrunq; participat vitium
modis prædictis. & hoc de tertio. Circa quartũ quærendũ vr̃, qũo
ad ſectam, quæ tot errores & vitia enormia cõtinet, tanta multitu
do hominum & gentium diuerſitas cõfluxit, & ei tam firmiter ad
hæret, cum ratio naturalis hominum, prout in.1.Ethi. ſemper ad
optima deprecetur, & per conſequens homines ex ductu rationis
huiuſmodi falſitates et errores abhorrent. Ad quod dicendum, ꝙ
prout poteſt haberi a ſancto Tho. in ſumma contra Gentiles libro.
1.cap. vi. Mahumetus introducendo errorem ſuum proceſſit via
contraria



A contraria illius viæ, qua veritas euãgelica per Chriſtum & eius di-
ſcipulos fuit in orbe introducta. Veritas.n.euangelica non huma-
no modo ſeu mundano, ſed ſolum diuino fuit in mundo introdu-
*Excellens differentia euangelij à ſecta Mahumeti* cta, ſecta vero huius Maumeti mõ totaliter oppoſito: qđ ſic patet.
Nã in veritate euangelica oẽm humanum intellectum excedentia
prædicantur, vt trinitas pſonarum cum vnitate eſſentię in diuinis,
& natura diuina & humana in Chriſto coniunctæ in unitate perſo
nę, & hmõi, quæ cognitionem naturalis intellectus humani exce-
dunt. In ſecta uero p̃dicta nihil traditur credendũ, niſi qđ de faci-
li a quolibet mediocriter intelligente naturali ingenio cognoſci
poſſit, vt vnitas Dei, & excellentia Chriſti hoĩs. Et quia multi ho-
mines ſubſtantias ſpirituales ſeparatas non cognoſcunt, ideo aſſer
uit eſſe corporeitatem, vt dictum fuit in iij.art. Itẽ in ueritate euan
gelica voluptates carnis maxime cohibentur, & oĩa, quæ in mũdo
ſunt, contẽni docentur, & quæ a tota humana multitudine fere ap
petuntur, vt ſunt libidines & delectationes gulæ, honores & prin-
cipatus, & hmõi, quibus animi mortalium maxime afficiuntur. In
ſecta uero p̃dicta voluptati carnalium habenæ relaxantur, vt ẽt fa-
ſtus & põpæ humanæ tanq̃ maxime uirtuoſa docẽtur, vt patet ex
dictis ſuperius. In veritate etiam euangelica ꝓmittuntur p̃mia nõ
ſolum inuiſibilia, ſed etiam ab hoĩbus mortalibus incõprehenſibi
*Eſa.64.a* lia. vnde Iſa. Oculus non uidit & Apoſtolus. Qđ oculus non vidit.
*1.Cor.2.b* nec au.audi. &c. Ad iſta.n.non inclinãtur naturaliter corda huma-
na, quæ tantum ſibi cognita ſecundum naturam potius amplectũ
tur. In ſecta vero p̃dicta bona ſenſibilia, immo & carnalia pro præ
mio finali ꝓmittuntur, vt iam dictum eſt. ex quibus patet rõ qua-
re multitudo magna immo maxima hominum huic ſectæ adheſit.
*Eccl.1.a* Stultorum.n.infinitus eſt numerus. Et ſecundum conſiderationẽ
ad maximum miraculum euangelicæ legis reputandum eſt, quòd
animi mortalium per fidem euãgelii ad tñ deueniũt, vt contem-
ptis uiſibilibus ſola inuiſibilia finaliter capiant. Et attendendũ ẽt,
quòd ſecta p̃dicta in armorum potentia tanq̃ per ſigna a Deo data
fuit introducta, cum tñ talia ſæpe latronibus & tyrãnis nõ deſint.
cuius contrariũ fuit in ueritate euãgelica, quæ non per armorum
coactiuam potentiam, ſed per terribiliũ pſecutionũ patientiã, per
apoſtolos & alios diſcipulos eſt introducta. Notandum etiã, quòd
nõ ſapientes in rebus diuinis ſeu humanis a principio p̃dictam ſe
ctã receperunt, ſed hoĩes beſtiales in deſertis morantes oĩs doctri-
næ diuinæ prorſus ignari, per quorum multitudinem alios armo-
rum uiolentia ad hanc legẽ coegerunt, vñ ſic et in ꝓceſſu tpis ali-
qui philoſophi in Arabia, & in aliis partib. huic ſectæ ſubiectis fur
rexerint, vt Alpharabius, Algazelus, Auicẽna, Auerrois, & alii: iſti
B tamen non fuerunt in prima receptione, ſed poſt magnũ tpis ꝓceſ
ſum, qui licet in publico timore humano conſenſerint p̃dictæ ſe-
ctæ, ſicut multi philoſophorum idola publicè exterius colebãt, ta
men intus ea vana eſſe crediderũt. Sed contra hoc, quod dr̃, quòd
ſecta p̃dicta delectationis habenas relaxauit, forte poſſet dici oppo
*Quare Mahumetus in lege ſua uinum prohibuerit.* ſitum. nam ꝓhibitum eſt eis vinũ oĩno, quod eſt de vehementiori
bus delectabilius gulæ. ſiſr̃ fuit eis iniunctum ieiunium.xxx. die-
rum in anno, quod vr̃ ſatis afflictiuum. Dicendum ad primum du
pliciter, primo, quia ſecta iſta initium habuit & fundamentum in
regionibus calidiſſimis, vbi uinũ non eſt tñ deſiderabile pp æſtũ,
ſed in illis partibus frigida ſunt magis appetibilia: & ideo Mahu-
metus fingens ꝙ manus domini corporaliter eum tetigit, aſſerit ꝙ
fuit a Deo infrigidatus vſq; ad medullam dorſi volens Deo attri-
buere frigiditatem, quæ maximè appetitur ab æſtuatis. Secũdo di-
cendũ, ꝙ ſeductor ille ſicut & alii tyranni timebãt gentes ſibi ſub
ditas, ne contra eũ tumultuoſe inſurgerent: & quia per uinum cõ-
ſueuerunt rixę & multa oriri turbationum ſcandala, p̃ſertim inter
hoĩes brutales, ſicut erant gẽtes illarum regionum, vt dictum fuit
ſupra, idcirco ad talia p̃cauendum vinum ꝓhibuit oĩno. & ſimili
etiam ratione finxit, ꝙ Chriſtus non fuit occiſus a Iudæis, ne popu
lus crederet ꝙ poſſent ſuum prophetam occidere, cum iam Chri-
ſtus, quem confitetur excellentiorẽ ſe, occiſus fuerit ab aliis. Ad ſe
cundum uero dicendum, ꝙ ieiunium illud ab eo inſtitutũ potius
facit ad repletionem ventris & crapulam procurandam q̃ ad abſti
nentiam ſuſtinẽdã. comedunt.n. tpe ieiunii vt cõiter ſemel prope
auroram, & iterũ poſt ſolis occaſum, & de oĩ comeſtibili. & ſic ma-
niſeſtum eſt, ꝙ non eſt ieiunium ad abſtinentiam pertinens, ſed po
*Durationis ſectæ Mahumetanæ inquiſitio* tius ad gulæ obſequium: & hoc de quarto. Circa quintum de dura
tione illius ſectæ attẽdendum, ꝙ nonnulli mirantur de hoc, quòd
ſecta iſta tam erronea & uitioſa, vt dictum eſt, tã diuturne durat,
cum ex decurſu ve.ac no. Teſt. vſq; ad ipſam excluſiue nulla ſecta
falſa ſeu ritus erroneus tãtæ fuerit duratiõis. Videmus.n.ꝙ Aſſyrii
& Chaldæi, Perſi, & Græci, qui populum Dei per interualla tempo
rum afflixerũt, fuerũt paruæ durationis reſpectu durationis iſtius
ſectæ. Similiter Romanorum & idololatrarũ ſecta modicum dura
uit reſpectu iſtius. Quod ſi dicatur, quòd hmõi durationis non eſt
cauſa quærenda, cum ſit ex uoluntate diuina hoc permittente cu-
ius voluntatis cauſa non eſt quærenda. hoc non vr̃ ſufficere. nam li
cet de voluntate Dei, quæ eſt eius eſſentia, non eſt cauſa quærẽda,
cum ſit prima cauſa oĩm, nihilominus tamen de eius effectib. a ſan
ctis & iuſtis uiris quæruntur cauſę ſpecialiter in ſimilibus, vnde
*Cap.12.a* Ierem. Deo dicit: Quare via impiorum proſperatur? Plantaſti eos,
*Infra.c Cap.1.* & radicẽ miſerunt & proficiũt &c. Et Abacuk Deũ alloquẽs ſic di
cit: Mundi

cit: Mundi ſunt oculi tui ne videas malum, & reſpicere ad iniqui- C
tatem non potes. Quare non reſpicies ſuper iniquæ agentes, & ta-
ces deuorante impio iuſtiorem ſe? Quæ uerba proprie poſſent ap-
plicari ad hoc propoſitũ. Nã Deus vr̃ tacere p̃mittendo, quòd po-
pulus tantis erroribus & vitiis implicatus populũ iuſtiorem ſe de
uorat.ſ. Chriſtianum: & hoc per tã inſuetam durationis diuturni-
tatem. nam ut dicit Poſtillator infra eodem ca. iã tranſiuerãt pluſq̃
ſeptingenti.xxx. anni ab initio huius ſectæ vſq; ad tempus in quo
hanc Poſtillã ſcripſerat, & hodie.ſ.anno Dñi. Mccccxxxj. iam tran-
ſiuerunt octingenti & quatuor fere anni ab initio huius ſectę vſq;
nunc, nec tamen adhuc apparent ſigna conſummationis ipſius, de
quo non ſolũ multi mirant̃ tantæ durationis cauſam nõ inuenien-
tes, ſed ẽt q̃dem alij claudicant murmurantes de Dei prouidentia
& eius æquiſſima iuſticia. Ad cuius aliqualem rñſionem, ſalua ſem
per incomprehenſibilitate iudiciorum Dei & uiarum eius inueſti
gabilitate, vr̃ dicendum, quòd inter ſectam Saracenicam & ſectas
aliorum paganorum p̃cedentium ſunt aliquæ differentię. Nam li
cet oẽs tam iſta ſecta q̃ p̃cedentes conueniant in ratione infideli-
*Differentiæ triplicis ſectæ Mahumeti à præcedentib. ratio prima.* tatis, omnes.n.tã iſti q̃ illi carent fide vera: differunt tamen in mul-
tis, & ſpecialiter in trib. quæ ad propoſitum faciunt. Quorum pri-
mum eſt, quòd hæc ſecta licet mala & peſſima, vt dictum eſt, nõ ta
mẽ eſt idololatrica, nec cultum idolorum publicè in ſuo dominio
p̃mittit, ſicut aliæ ſectæ præcedentes cõiter faciebant, vt eſt manife
ſtum. Nam a tpe Aſſyriorum & Chaldæorum vſq; ad tempus Coſ-
droe incluſiuẽ, cuius dominium propinquũ fuit ipſi Mahumeto,
ſemper viguit cultus idolorum inter Gentes, qui ppl̃m Dei vexa-
bant, vt patet in uete. Teſtamento & in hiſtoriis eccleſiaſticis & in
legendis ſanctorum. Cõſtat aũt quòd inter oĩa peccata, q̃bus Deus
offendit̃, pctm̃ idololatriæ eſt potiſſimum, intantum, quòd Deus
ſe oſtendit feruentius ſeu ardentius illud punire q̃ alia peccata. vn
de Exo. xx. ſolum ſup præceptum de prohibitione idololatriæ &
non ſuper alia Deus dicitur zelotes. nã cum dixiſſet: Nõ adorabis
ea.ſ.idola, nec coles: ſubdit: Ego ſum dominus Deus tuus fortis ze
lotes. & ibidem xxxiiii cum dixiſſet: Non adorabis Deum alienũ.
ſtatim ſubdit: Quoniã dominus zelotes nomen eius &c. Deu.xxix.
loquẽs de hoĩe idololatra, di. Tũc quàm maxime furor eius.i.Dei,
fumet & zelus contra hoiem illum & ſic in multis alijs ſacræ ſcri-
pturæ locis. Cuius ratio eſt, nam zelus importat intentionem affe-
ctus, ex quo quis vehementer q̃rit excludere illud, quod ſibi repu
*Lib. 83.qõ. quæ. 53.io. 4.* gnat, ſecundum Aug. & q̃a cultus idolorum inter cætera peccata
magis repugnat cultui diuino: iõ circa hoc peccatum dicit̃ Deus
zelotes & zelare ſingularius quàm in aliis peccatis. vnde & non tã
tum tolerat durationem eius ſicut aliorum peccatorũ. Eo mõ quo D
viri dicunt̃ zelare vxores, ne per cõſortiũ aliorum impediat̃ ſingu-
laritas, quã in vxore q̃runt, vnde non tãdiu tolerant zelotypiã ſicut
alia uitia, q̃ de uxoribus ſuſpicantur. Et q̃a iſta ſecta nõ incurrit pec
catum idololatriæ cõmittendo, nec p̃mittendo, ideo nõ mirum ſi
Deus ea longiori tpe tolerat quàm alias ſectas p̃cedentes, quarum
quælibet publice idololatrabat. Si autem dicat̃ de hoc, quòd idolo
latriam multo maioribus tp̃ibus Deus permiſit, incepit.n.ſ̃m quoſ
dam a tpe Enos, qui fuit tertius ab Adam, de quo Gen.iiii. ſecun-
*Cap.7.* dum uero alios a tẽpore Nembroth, de quo Ge.x. & quidq̃d ſit de
hoc manifeſtum eſt, quòd tẽpore Moyſi Aegyptii idola colebant.
vnde in Exo. In diis Aegypti faciam iuſtitiam. & in tpe Dauid legit̃
*Pſal.95.a* in pſa. Omnes dii Gentium dęmonia &c. vnde rõ p̃dicta non vr̃ ha
bere locũ, cum ſit manifeſtum, quòd Deus per multa maiora tpis
ſpacia idololatriam in Gentibus permiſit. Ad hoc dicendũ, quòd
idololatria eſt nomen generis, ſub quo continentur multę & uariæ
ſpecies idolorum & cultus eorum. vñ diuerſę gentes ſeu nationes
diuerſa idola colebant ſub diuerſis ritibus. vñ Iudicum.x. filiis Iſ-
rael dicebatur, ꝙ ſeruierũt diis Aarã, & diis Sidon & diis Moab &
diis Amõ & dijs Philiſtiim & hmõi. Cum ãt aliqua gens aliam ſu-
perabat, Deos illius gentis deuictæ deſtruebat & cultum eorum.
vnde & Iſa.xxxvi.d. Rapſaces in noĩe Sennacherib, q̃ multas gẽtes
deuicerat, dicebat: Vbi ſunt dii Emath, & Arphath, & ubi ſunt dii
*† Sepharuaim.* † Sephar & Vain &c. q.d. quòd ſicut vicerat gẽtes illas, ita & Deos
eorum. Ex quo patet, quòd ſicut nulla fuit poteſtas mundana, quæ
tantum duraſſet ſicut p̃tãs huius ſectę, de qua loquimur, prout in
hiſtoriis põt haberi, ita nec fuit aliqua idololatria intantum durãs.
nam vna ſpecie idololatriæ ſuperata ſeu deſtructa per aduerſarios
ſuę gentis alia ſpecies idololatrię.ſ. alterius gentis ſuperantis inſur
gebat. Et ſic licet Deus multo tpe idololatriam ſub rõne generis
permitteret, nullam tamen ſpeciem idololatrię diu tolerabat, ſed
vnam per aliã puniebat. Et ideo quando Romanum imperium, vt
omnes nationes ſibi ſubiugaret, oẽs ſpecies idololatrię recepit, vt
in hiſtoriis Scholaſticis legit̃ de phano Pantheon. tũc Deus omnes
hmõi idololatrię ſpecies per Chriſtum & eius doctrinã deſtruxit,
prout fuit prophetatum Dan.ii.e. quòd lapis.ſ. Chriſtus abſciſus ſi
ne manib.i. abſque humana poteſtate. ſtatuam.i. idololatriam di-
minuit, quo ad oẽs ei⁹ ſpecies, prout largius fuit declaratũ in addi
tione Danielis ca. ſupradicto in reſponſione ad primum argumen
tum. Et ſic patet ratio, quare iſta ſecta nefanda, de qua loquimur in
propria ſpecie & ritu in tot temporib⁹ prędictis pluſquam aliqua
ſpecies idololatrię tolerat̃. nam in iſta eſt infidelitas ſine idolola-
tria, in aliis vero præcedentibus fuit idololatria cum infidelitate
idololatrię

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E idololatriæ autem punitio zelo diuino ſubiacet. quo Deus feruentius & celerius punit quàm alia peccata, vt dictum eſt. Secundum vero, in quo differt iſta ſecta ab aliis præcedentibus, eſt, quòd præcedentes vt côiter cogebant fideles ad adorandum ſeu thurificandū idolis, vt patet in Daniele de trib. pueris & libris Machabæorum, & multo frequentius & clarius in legēdis apoſtolorum & martyrum: qui per tyrannicam poteſtatem multipliciter torquebantur, vt cultum idolis pſtarent, ſuper quæ innumerabilia tormenta patiebantur uſq; ad ſanguinis effuſionem. Tenentes vero iſtam ſectam Saracenicam côiter, vt in plurib. non cogunt fideles ad apoſtatandum. Nam in Alchorano præcipitur, ꝓut habetur in prædicto tractatu, q oēs hoies non recipientes legem ſuam occidantur, niſi ſoluāt tributum. Ex quo patet q per ſolutionem tributi ſoluuntur ab hac coactione. ſolutio autem tributi ſuperioribus ēt ſi ſint infideles licita eſt, dicēte Chriſto. Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari. Quod autem Saraceni non cogunt fideles ad apoſtatandum in fide, eſt manifeſtum per experientiam. nam in partib. Aegypti & Iudeæ & in cæteris confinibus cômorantur fideles Chriſtiani, & etiam in partibus Turciæ & aliis regionib. orientalib. permittuntur fideles Chriſti non ſolum ad habitandum, ſed ēt ad habendum parua monaſteria & aliqua oratoria. Manifeſtum eſt.n. q in ſancto ſepulchro Ieroſolymis, & in ciuitate Bethleē ſunt monaſteria fratrum minorum deuotē viuentium: & in Turcia & aliis partibus orientalibus ſunt monaſteria pdicatorum religioſe viuentium: & in mõte Sinai ubi lex Moſaica fuit data, & corpus beatæ Catherinæ requieſcit, ſunt multi monachi Deo ſeruientes ſub regula ſancti Baſilii. & ego vidi aliquos habentes breuiaria, & aliquos libros canonis in lingua Chaldaica, & celebrātes miſſas ſuas ſub ritu eccleſiæ, licet cum aliquibus aliis ceremonialibus differentiis, quæ non variant ſubſtantiam celebrationis Patriarcha ēt Alexandrinus, qui fidem catholicam tenet, licet ab eccleſiæ vnitate per uiarum diſcrimina aliqualiter deuiet, eſt tñ in illa ciuitate magna, quæ dr̃ Alchayra fungens officio patriarchatus, prout oēs venientes ab illis partibus teſtantur, cum tñ in illa magna ciuitate côiter præſidet Soldanus qui maximus eſt inter Saracenos, & non ſolum permittit patriarcham prædictum in prædicto officio, ſed ēt ipſum honorat & permittit q regat oēs fideles commorantes in partibus Aegypti, Alexandriæ & Damaſci & Ieruſalem, qui quidem fideles ſunt in magna multitudine. Et ſic patet ratio quare iſta ſecta licet mala & pernitioſa, non tñ fidelibus nociua nec periculoſa ſicut aliæ ſectæ præcedētes, quæ conabantur cogere Chriſtianos ad apoſtatandum de fide & negandum Chriſtum: vñ nimirum ſi diutius toleretur q ſectæ erroneę præcedentes.

*Secunda ratio* — *Luc. 20.*

F Sed forte contra pdicta dicetur, q licet iſta ſecta côiter non cogat fideles ad recedēdum a veritate fidei, tñ ſupprimit eos vehementer, ita q viuunt inter eos quaſi ſub iugo captiuitatis & ſeruitutis. Item prædicti quotidie mouent bella contra Chriſtianos, & multos occidunt & captiuant & terminos eorum & terras deuaſtant. & ex quibus vr̃, q pro honore noīs Dei non tantum debuiſſent tolerari. Ad primum dicendum, q viuere abiectē & ſub iugo ſeruitutis nō diminuit aliquid de veritate eccleſiaſticę dignitatis. nam vt ait Hilarius. Hoc habet proprium eccleſia, vt dum perſecutionem patitur, floreſcit: dum opprimitur, creſcit: dum contemnitur, perſiſtit: dum læditur, vincit: dum arguitur, intelligit: tunc ſtat, cum ſuperari videtur. hæc ille. Ex quo patet manifeſte, q veritas eccleſiaſticæ dignitatis non conſiſtit in proſperitatibus mundanis, dicēte Chriſto. Regnum meum nō eſt de hoc mundo: ſed potius in aduerſitatibus mundanis pro noīe Chriſti tolerandis. Quod etiā ex pceſſu primitiuæ eccleſiæ in bonis ſpiritualib. poteſt haberi. Manifeſtum eſt.n. q in eccleſia primitiua a tpe apoſtorum vſq; ad tps Silueſtri papæ, qñ nulla ptās mundana erat apud fideles, tunc eccleſia maxime pſperabatur in ſpiritualib. florebat.n. in frequentibus triumphalibus martyriis, qñ pro fide Chriſti ſuſtinenda ſummi pôtificis & alii prælati & uiri religioſi & etiam ſimplices vtriuſq; ſexus pro Chriſti noīe gaudenter tormenta & habere tyrannorum vſq ad mortem acerbiſſimam ſuſtinebant. Ex quibus manifeſtabatur, q virtutes diuinæ. ſ. fidei & ſpei & charitatis protunc in eccleſia, quæ ſunt uera & maxima bona ſpiritualia, maxime abundabāt: qñ autem in proceſſu temporis fideles magnas poteſtates ſeculares obtinuerunt, tunc pdictæ virtutes & ſi per miam diuinam non ex toto defecerunt, non tñ ſub eodem vigore côiter reperiuntur ſicut in primitiua, vt eſt manifeſtum. Inter infideles etiam commorantes his temporib. in partibus vltra marinis, multi reperiunt deuotiores q in iſtis partib. quod ſatis patet ex magna patientia eorum in tolerandis opprobriis & iniuriis Saracenorum frequenter pro Chriſti nomine. Ad ſm vero dicendum: q ſm Au. & allegatur a magiſtro. 1. di. xlvi. Mala, quæ ab iniquis infidelib. fideles piē perferunt, ipſis. ſ. fidelibus vtiq; ꝓſunt ad emēdāda peccata, vel exercendam probandamq; iuſticiam. hæc ille. Vnde in hmôi debellationibus Saracenorum qñq; Deus operat infligendo pœnā Chriſtianis propter multa peccata quę ab eis committuntur, & in talib. Saraceni reputādi ſunt ut flagellum Dei & virga furoris eius, ꝓut Iſa. x. & ſic talia proprie fiunt ad emendanda pctā. Qñq; vero ad exercēdam pbandamq; iuſticiam. nam Deus qui ſine teſtimonio ſuæ bonitatis nullum tps reliquit languentibus ſeu tabeſcentibus pdictis principalibus virtutib. prouidit eccleſiæ ſuæ dans ei & reges & principes,

*Eccleſ. pro priuatis 7. de Trini.* — *Ioan. 18.g* — *13. de Trini. capi. 16. 11.3.*

G qui uiriliter & fortiſſime ſæpe cōtra aduerſarios fidei per modum bellicum & militarem ſtrennue pugnant, prout patet in hiſtoriis Germanorum & Gallorum & aliorum orthodoxorum Europæ principum, & præſertim in hiſtoriis Hiſpaniæ, in quib. habetur, q ſereniſſimi reges antiqui bonæ memoriæ multa certamina & varia bella Domini contra Saracenos hmôi exercuerunt, & multas ciuitates & regiones de manibus hoſtium crucis recuperauerunt ad laudem Dei & honorē eccleſiæ. Vnde & hodiernis temporibus. ſ. in prima Iulii. ſ. anno dñi. M. cccc xli. anni præſentis ſupraſcripti, illuſtriſſimus rex noſter Iohannes cum magna poteſtate regni ſui, licet non totam intrauit terram Saracenorum vſq; ad ciuitatem metropolim. ſ. Granata, vbi rex eorum reſidebat: vbi prope illam bellum iniuit cum magna multitudine Saracenorum: in quo bello ſuffragante diuina clementia & beata virgine intercedente cum beato Iacobo patrono noſtro, totam illam multitudinem deuicit, & vſq; ad portas ciuitatis fugauit: occiſis de inimicis crucis Chriſti plus q quinq; milibus. & niſi ſolis occaſus ſuperueniſſet, multo maior fuiſſet eorum ruina. Ex quo magnæ Deo laudes referendæ ſunt, & gratiarum actiones ſuperantes de ſui clementia circa hoc maiora & viciniora ſaluti per ſereniſſimum regē noſtrum præfatum fienda. Ex quibus patet: q ſicut olim cōtra idololatras feroces, qui cogebant fideles ad recedendum a cultu diuino, & ad idola adorandum, Deus diſpoſuit martyrum conſtātiam, per quam oſtenderetur firmitas fidei eccleſiæ erga Deum, ſic contra falſos Saracenos in armorum potentia confidentes, prouidit de potentibus & fortiſſimis principibus pro Deo ſtrennue militantibus, in quo diuina prouidentia, quæ in ſui diſpoſitione non fallitur, ſe oſtendit fidelium iuſtē & piē gubernatiuam.

*Chriſtianorum victoria*

Tertium vero, in quo differt iſta ſecta a præcedentibus, eſt, q præcedentes ſectæ idololatrarum dignitatem Chriſti in omnibus & per omnia denigrabant, negantes non ſolum eius veram deitatem, ſed etiam eius bonitatem ſeu virtuoſitatem humanam, aſſerentes ipſum fuiſſe ſeductorem & maleficum & huiuſmodi. vnde cum viros iuſtos & fideles ad recedendum ab eius fide cogebant, deridebant eos per crucem & paſſionem Chriſti, dicentes, quomodo inter Deos debet computari & tanquam Deus coli, qui ſeipſum non potuit ſaluum facere in quo conueniebant cum Iudæis Chriſtum improperantibus, quæ quidem blaſphemia Chriſti communiter inuenitur in legendis ſanctorum martyrum, qui ſub tyrannica poteſtate Romanorum & Perſarum & aliorum tyrannorum poſt paſſionem Chriſti martyrio ſunt coronati. Secta vero iſta hoc non facit.

*Tertia ratio*

H Nam vt dictum eſt, ſupra in. iii. arti. licet deitatem Chriſti neget, quæ eſt ſumma & ineffabilis excellentia diuinæ perſonę, concedit tamen ipſum fuiſſe excellentiſſimum ſuper omnes creaturas mundi, vt dictum eſt, Vnde non mirum ſi contra iſtam ſectam tolerabilius ſe habeat diuina iuſticia, diutius eam ſuſtinendo quàm alias præcedentes Chriſtum hominem vituperantes. Et attendendum, quòd circa finē mundi Antichriſtus ſurget, prout ii. Theſ. habetur. ii. ca. qui omnes perſecutiones omnium ſectarum pdictarum excedet. nam fides non ſolum coget ad recedendum a cultu Chriſti, ſed ēt ad adorandum ipſum Antichriſtum tanquam Deum, vt ibidem. & ideo nō ſolum dicitur Antipaſtolus & Antipropheta, ſicut Mahumetus, vt dictum eſt, ſed etiam Antichriſtus tanquam cæteris magis Chriſto contrarius. Et ideo ſicut Deus diſpoſuit contra perſecutionem idololatrarum, quæ maior fuit quàm Saracenorum, vt dictum eſt, martyres qui fortiſſimi fuerunt in fide, intantum quòd mundum uicerunt, omnia mundana tormenta pro fide Chriſti ſuſtinendo iuxta illud: Hæc eſt victoria, quæ vincit mundum. ſ. fides noſtra. Sic contra perſecutionem Saracenorum diſpoſuit reges, qui licet in fidei firmitate non tantum gradum attingerent ſicut martyres ſancti fuerunt, tñ in fide ſtabiles, & in armis potētia Deo ſtrenue militantes, in tātum quòd de ipſis poteſt dici, quòd per fidem vicerunt regna, licet non mundum, vt habetur in additione ad Heb. xi. &. 1. Ioh. v. & hæc fuit ſufficiens prouiſio ad Saracenorum malitiam refrenandam. ſic etiam diſpoſuit contra maximam perſecutionem Antichriſti ſm aduentum ſuum perficiendum, vt contra ſummum perſecutorem ſummus inſurgeret liberator. Quibus conſideratis patet ratio maioris & minoris durationis harum ſectarum, quæ ſumenda eſt ex maioritate ſeu minoritate perſecutionem earum. Nam quia perſecutio Antichriſti erit maxima, ideo erit breuiſſima, iuxta illud. Et niſi breuiaſſet dominus dies illos, non fuiſſet ſalua omnis caro. Et pari ratione, quia perſecutio Saracenorum inter cæteras eſt minor, vt patet ex prædictis tribus differentiis, ideo eius duratio eſt valde longior cæteris. Et quia perſecutio idololatrarū fuit quaſi media inter eas, ideo eius duratio eſt quaſi media inter durationes prædictas, & hoc loquendo de duratione in côi, non attingendo ad menſuram temporum exquiſitam, quia hoc eſſet inquirere de temporibus & momentis, quæ pater poſuit in poteſtate ſua, in quibus omnibus maximē relucet ſapientia diuina, quæ vincendo maliciam diabolicam pariter & humanam, attingit a fine vſq; ad finem fortiter, & diſponit oīa ſuauiter, Sap. viii. a. quæ quidem ſapiā nos dignetur ſuauiter diſponere nunc per gratiam, & in futuro per gloriam, Amen.

*1. Ioan. 5.a* — *Marc. 13.c* — *Act. 1.a*

Additiones Pauli epiſcopi Burgen. ac Replicæ magiſtri Matthiæ Dorink ſuper Apocalypſim finiunt.



## GLOS. ORD. CAP. XIIII.

A Et ui. & ec. agnus ſta. Oſtenſa grauiſſima perſecutione: quam patietur eccleſia ab Antichriſto & eius apoſtolis, ad conſolationem oſtendit qualem habeat adiutorē, & qualem ipſe habeat familiam.

b *Centum quadraginta mi.* In uirginitate perfectiſſimos, in fide trinitatis ex quatuor mundi partibus collectos.

c *Tonitrui.* Quia terret eos quia ad conſortium ſuum venire ſuffugiunt.

d *Citharœdorum.* Quia ipſi, qui ad hoc ſe inſtituerunt, vt extenderent ſua corda deuota ſuper lignum crucis.

e *Citharizantium.* Quod ex officio habebant, opera implebant.

f *Et cantaban.* i. de integritate animę & corporis exultabunt. quod gaudiū nunquam eis veteraſcet, ſed ſemper erit eis vt nouum.

g *Qui empti ſu.* i. quos ad hoc vt eſſent virgines ſanguis Chriſti eleuauit.

h *Ex omni. primitiæ Deo & ag.* vt ex grege optimus equus, vel ex fructibus primitiæ.

i *Et uidi.* Deſcripta impugnatione facta per duas beſtias, ſuppoſito q auxilio agni & dignitate familiæ eius oſtēſa, ſubiungitur admonitio, vt ad hāc familiam accedant, & comminatio vt ab illa alio declinent.

k *Alterum.* i. prædicatores, qui ſunt alterius a Chriſto. id eſt vicem eius exequentes.

l *Per medium cæ.* Per communem eccleſiam, quam verbis & exemplis ſecum trahunt.

☞ Euangelium

l Et ante quatuor animalia & ſe. *id eſt in præſentia ſanctorum patriarcharum & epiſcoporū in cęlis exiſtētiū ſicut dictum eſt, ſup. iiii c.* C

m Et nemo poterat di. can. *ex uoto enim continentiæ habuerunt aliquid ſpeciale in merito, & ſimiliter habent in præmio, ſicut & de quolibet ſancto confeſſore canit eccleſia: Nō eſt inuentus ſimilis illi, ratione ſpecialis meriti.*

n Qui empti ſunt de te. *ſanguine Chriſti.*

o Hi ſunt qui cum. mu. non ſunt coinquinati. *Vel ſimpliciter integritatem carnis tenendo, uel ſaltem poſt uotum caſtitatem ſeruando.*

p Virgines enim ſunt. *Virginitas. n. in ſcriptura aliquādo accipitur ſtricte pro integritate carnis. aliquando magis large pro continentia, maxime uoto conſecrata.*

q Hi ſequuntur agnum quocunque ierit. *quia ſequuntur Chriſtum non ſolum per uiam mandatorum, ſed etiam conſiliorum.*

r Hi empti ſunt ex omnibus primitiæ. *i. gratioſi. ſicut primi fructus ſunt magis delectabiles.*

ſ Et in ore eorum non eſt inuentum mendacium. *Nam ueritatem fidei confeſſi ſunt omnino & conſtanter.*

t Sine macula enim ſunt ante thronum Dei. *Nam ſi aliquam maculam contraxerant, purgata fuit uirtute ſui martyrii.*

u Et uidi alterum angelum. *Hæc eſt pars incidētalis, in qua deſcribitur quædam infidelium cōuerſio mirabilis, quæ cōtigit circa illa tempora. Sanctus. n. Bonifacius miſſus fuit a pōtifice Romano ad prædicādū fidem catholicam Gētilibus Thuringiæ, Auſtriæ, Friſiæ, in qua legatione multos ualde cōuertit ad Chriſtū. & hoc eſt quod dicitur: Et uidi alterum angelum. i. ſanctum Bonifacium. nam angelus interpretatur nuncius. Ipſe uero fuit nuncius uerbi diuini, ut dictum eſt.*

x Volantem per medium cœli. *Nam uelociter & prompte executus fuit officium ſibi iniunctum.*

y Habentem. *in corde & ore.*

¶ Euangelium D

## CAP. XIIII.

a ¶Chriſtus pro nobis immolatus.
ET uidi & ecce agnus a
a ¶Vt adiuuans.
ſtābat ſupra mōtem b
a ¶i. eccleſiam virtutibus celſam & Deum contemplantem.
b Siōn, & cum illo cen- c
tum quadragintaquatuor milia, ha- d
a ¶Tales quales fuerunt. b ¶Quia Chriſtiani vocabuntur. c ¶Quia dei doctrinę.
bentēs nomen eius, & nomen patris
a ¶Indelebiliter. c ¶Quia in manifeſto confitentur.
eius ſcriptum in frontibus ſuis. Et e
a ¶Deſiderium uel admonitionem. b ¶Ab his qui cum eo erant.
audiui uocem de cęlo tanquā uocem f g
a ¶Id eſt multorum populorum, quia de multis populis congregati ſunt.
aquārum multarum, & tāquam uo- h
c cem tonitrui magni, & uocem, quā
¶Vel, erat.
d audiui ſicut citharœdorum cithari-
¶Non alienis.
e zātium in citharis ſuis. Et cantabant i
a ¶Id eſt in præſentia eorum in quibus ſedet.
e Et ſecun.*Hic ponitur plaga ſecunda. Circa quod ſciendum, ꝙ aliqui ciues Romani contra Leonem papam, qui præfuit eccleſiæ anno v. Hirenęi, & Conſtantini eius filij, coniurauerunt, ei linguam bis præſcindentes & oculos eruentes, & eum in ſuo ſanguine volutatũ quaſi ſemimortuum reliquerũt. De hoc igitur exponunt aliqui literam iſtam dicentes, ꝙ ille ciuis Romanus, qui alios induxit ad dictam enormitatem, dicitur hic angelus ſcdꝰs qui effudit phialam ſuam in mare.i. eccleſiam ratione baptiſmi mare nominatã. Ille namque ciuis effudit malitiam ſuam & irã in papam, qui erat caput eccleſiæ, & factus eſt ſanguis tanquã mortui, quia papa fuit cruentatus ſuo ſanguine, & quaſi mortuus relictus. ſed iſtud nõ videtur rõnabiliter dictũ, quia ſicut patet ex prædictis, per ſeptem angelos intelliguntur viri ſeptẽ catholici & ſancti. Iſte vero ciuis Romanus fuit peſſimus. Item qđ ſubditur:* Et omnis anima viuens *mortua eſt in mari, non bene conſonat prædictis. nã alij de eccleſia non fuerunt occiſi cũ Leone papa, quia perſecutio illa fuit perſonalis. Ideo aliter põt exponi & melius, vt uidetur, de Carolo magno rege Franciæ, qui tpe illo Saxones debellauit, qui per mare hic deſignãtur propter multitudinem illius populi, ex modo loquendi quo dicitur infra: Aquę multę populi multi. Mare namque eſt congregatio aquarum multarum. Item quia Saxones per mare nauigantes plures terras Chriſtianorum afflixerunt. Dicit igitur Iohannes:* Et ſecun.an.*i. Carolus rex Deo & eccleſiæ deuotus.*

Cap. ſeq.

f Effudit phia.ſuã in. ma. *exercendo diuinam vindictam in Saxones.*

g Et factus eſt ſan. tan. mor. *quia multi valde de Saxonibus fuerunt occiſi, ſed quia de remanentibus aliqui uidentes victoriam Caroli factã virtute Dei, baptiſmum ſuſceperunt. ideo non dicitur:* Et factus eſt ſanguis mortui *ſimpliciter, ſed tanquam mortui. Cæteri uero obſtinati fuerunt occiſi. nam de illis vna die Carolus quatuor milia & quingentos fecit decollari, ideo ſubditur.* G

h Et omnis anima ui.*quia qui capti fuerunt viui in infidelitate Saxonum obſtinati, occiſi fuerunt. vt dictum eſt.*

i Et tertius. *Hæc eſt tertia pars, quæ ſimiliter exponitur de Carolo magno imperatore tamen facto, iõ nominatur hic bis angelus. ſ. ſecundus et tertius, eo modo quo dicitur de Saule facto rege, ꝙ mutatus fuit in uirum alterum. Carolus. n. xxx. annis regnauit ſuper Francos, & poſt imperator fuit factus. xxx. annis, ut dicitur in chronica Sigisberti. & anno iij. imperij ſui Mauros qui & Hunni dicuntur, et multas terras Chriſtianorum affligentes depopulauerant, totaliter debellauit, & eos qui remanſerunt fidei catholicæ ſubiecit: ideo dicitur:* Et tertius.*ſ. Carolus imperator iratus.* 1. Reg. 10

k Effu.phi.ſu.*i. Dei vindictam.*

l Super flumina.*i. ſuper Mauros ſiue Hunnos, qui ſic nominantur, eo ꝙ habitabant primitus iuxta paludes Mæotidas, vbi ſunt multæ ebullitiones aquarum per modum fontiũ. Et quia cum ante paludes illæ putarentur immeabiles, Hunni eas tranſierunt, & Gothos qui ultra illas paludes habitabãt in Scythia debellauerunt, ex qua uictoria eleuati alias terras uſque in Galliam ſub Athyla rege ferro & igne uaſtauerunt.*

m Et fa.eſt ſan.*quia Caroli exercitus multos interfecit Hunnos.*

n Et audi.an.*Ad intelligentiam huius ſciẽdum, ꝙ angeli boni qui ſunt de ordine principatuum, præſunt diuerſis regnis & gentibus & ideo procurant bonum gentium ſibi commiſſarum, propter quod videntur ſibi inuicẽ reſiſtere quando contrariantur ad inuicem gentes ſibi commiſſæ antequam ſciant determinationẽ diuinæ voluntatis de futura illius gentis uel illius ſubiectione: & hoc modo dixit Gabriel Danieli: Princeps regni Perſarum reſtitit mihi. xxi. diebus. ſicut ibidem fuit expoſitum diffuſius. Sed quando ſciunt diuinam uoluntatem per reuelationem, uel effectus poſitionem, concorditer approbant diuinam ſententiam. Nam uoluntates eorũ ſemper ſunt concordes diuinæ uoluntati, & ſecundum hoc dicitur.* Et audiui angelum aquarum.*i. Hunnorum per fontes & flumina ſignificatorum, ut prædictum eſt.* Dan. 10 H

o Dicentem: iuſtus es. *approbando diuinam ſñiam de commiſſa ſibi gente deuicta.*

p Quia ſanguinem ſanctorum &c. effu. *Hunni nanque antequam debellarentur per Carolum, multos Chriſtianos interfecerant, inter quos erant aliqui præditi ſanctitate & dono prophetiæ.*

r Et ſanguinem eis dediſti bi.*eos puniendo ſimili pœna. Vnde uulgariter dicitur de ſic punito: iſte bibit cum tali ſcypho cum quali alios potauit.*

ſ Et audiui alterum.*ſ. angelum Francorum.*

t Dicẽ.ẽt do.*nã ambo angeli diuinã ſñiam approbauerũt cõcorditer.*

¶ Et quar.

## MORALITER.

b *Et factum eſt uulnus ſæuũ*.i.punitio grauis, quæ eſt infernalis.

c *In homines qui habebant characterẽ be.*i.tyranni, ut ſupra dictum eſt. & iſti ſunt cupidi: quia ſicut tyrannus aliorum bona rapit violenter, ita cupidus fraudulenter per vſuras & calumnias falſas & alias fraudes falſas & exquiſitas.

e *Et ſecundus angelus effudit phialam.* per quod ſignificatur punitio inuidorum. Nam ſicut mare eſt amarum, ſic inuidi amaricantur de bono aliorum.

h *Et omnis anima uiuens mortua eſt in mari*. quia licẽt inuidus viuat corporaliter, tamen mortuus eſt ſpiritualiter, & morti ſecundæ quæ eſt mors inferni, deputatus ęternaliter.

i *Et tertius angelus effudit phialam ſuam ſuper flu. &c.* p quod ſignificatur punitio carnalium, qui delectantur in aquis uoluptatum.

m *Et factus eſt ſan.* quia delectatio voluptatum vertitur eis in amaritudinem pœnarum: vnde dicitur infra. Quantum ſe glorificauit, & in delitiis fuit, tantum date ei tormentum & luctum. Cap. 18.

p *Quia ſan.ſan.apo.*i.nunciorum tuorum.

q *Effude.* voluntate etſi non opere. nam homines voluptuoſi illos odiunt, qui eorum vitia reprehendunt.

Et quar-



a *Iuſta* Iuſtum enim eſt, vt qui ſanguinem fudit, bibat vindi-

A ctam ſanguinis.

b *Et æſtua.* Vel, afflicti afficient tortores æſtu iracundiæ, dum inuenientur inſeparabiles, & ſic æſtuauerunt inuidia & ira.

c *Neque egerunt.* interius pęnitentes dolebant, extra confiteri non audebant.

d *Super ſe.* Quia corpora tantum ſunt, & non ſpiritus, ſuper quos ſedebit, qa corporalia & non ſpiritualia dabit.

e *Commandu.* mutua detractione in ſe omnes reficientes,

f *Præpararetur uia.* quia finito mundo erit reſurrectio fidelium, qui uenient ab ortu ſolis. i. a Chriſto, quando incœperit lucere. i. ſe manifeſtare. Alia trãſl. habet. regi. i. Chriſto.

*Vidi.*

¶ Quod promittunt efficientia.

iuſta iudicia tua. Et quartꝰ angelꝰ a

a ¶ Antichriſtũ. qui ſe dicit ſolem mundi ¶ In uanãgloriã.

effudit phialam ſuam in ſolem, & b c d

a ¶ A Deo permiſſum. ¶ Antichriſto. ¶ i. ambitionis. b ¶ Maiori tribulatione.

datũ eſt illi ęſtu affligere homines e

a ¶ Minore. b ¶ i. defecerunt quidam in illa tribulatione. c ¶ ſ. fideles.

b & ignẽ. Et æſtuauerunt homines f

¶ ſ. afflicti. ¶ ſ. corde & ore.

æſtu magno, & blaſphemauerunt g

¶ Quia quibus vult dat & quibus uult amouet.

nomen Dei habentis poteſtatẽ ſu-

a ¶ i. reſipuerunt, neque peccatum ſuum confeſſi ſunt.

c per has plagas, neque egerunt pœ-

a ¶ Etiamſi corde dolerent, non ſunt auſi proferre.

nitentiam, ut daret illi gloriam. Et i

d quintus angelus effudit phialã ſu- k l

a ¶ i. ſuper omne corpus. ¶ i. miniſtros. b ¶ Antichriſti c ¶ i. ipſa ſedes.

per ſedem beſtiæ, & factum eſt re m

a ¶ i. magis excæcatum.

e gnũ eius tenebroſum, & comman n o

a ¶ i. roſefti ſunt alter malo ſermone alterutr ¶ Detrahẽdo veritati. b ¶ i. præ inuidia, quam habent erga ſctõs

ducauerunt linguas ſuas prę dolo

a ¶ Dicentes fuiſſe magum & puram creaturam. b ¶ i. illatis plagis per quas excęcatur:

re: & blaſphemauerũt Deum cęli p

a ¶ Quæ ipſi ſibi fecerunt commãducationem linguarũ

prę doloribus & †uulneribus ſuis

†ulcerib.

¶ i. finaliter impęnitentes fuerunt.

& non egerũt pœnitentiã ex operi q

a ¶ i. prædicauit iram Dei.

bus ſuis. Et ſextus angelus effudit r ſ

a ¶ In omnes diuitiis affluentes.

phialam ſuã ĩ flumẽ illud magnũ t

a ¶ Euphrates interpretatur fertilitas. b ¶ i. prædicabunt cito ſiccandam affluentiam mundi.

Euphratẽ, & ſiccauit aquã eius, ut v x

a ¶ ſ. ad impugnandum eccleſiam.

f prępararet uiã regibus ab ortu ſolis. y

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et q. *Hic ponitur quarta plaga. Quam exponũt aliqui de quodam nomine Creſcẽtius qui factus patricius Romanus debuit eccleſiã protegere, ſed eã ecõtrario impugnauit, Gregorium papam ſanctum deijciendo, & loco eius quendam nomine Iohannem, nullius aut parui meriti hominem intrudendo. & ſecundum hoc dicitur hic:* Et q.an.*i. Creſcentius.*

b Effu.p.ſ.*i. indignationem & iram.*

c In ſ.*i. in Gregorium Papam Chriſti uicarium, & ſic locum ſolis iuſticiæ tenentem. Sed hoc dictũ nõ uidetur uerũ, quia ſicut dictũ ẽ ſu. p hos ſeptẽ angelos intelliguntur ſeptẽ hoĩes iuſti & ſcti. Creſcẽtius autẽ iſte fuit peſſimus. propter quod melius exponitur de Leone Papa ſancto. qui redditis ſibi diuinitus uiſu & loquela miſit nũcios ad Carolũ magnum petendo eius auxilium. & ſecundum hoc dicitur:* Et q.a.*Leo papa bonus & ſanctus, vt patet ex prædictis.* E[illegible].p. *denunciando animi ſui amaritudinem Carolo imperatori, eo quod iniuſte & in Dei contemptum fuerat excæcatus &*

B *lingua priuatus, & de Petri ſede deiectus. Dicitur autem Carolus imperator ſol: quia ſicut ſol præcellit planetas alios: ſic Carolus fide et magnanimitate refulgens præcellebat cunctos reges terrenos.*

d Et d.eſt il.æſt.af.h.*qa data ſibi a Deo virtute Romã adijt, cauſas examinauit, & Deo rebelles & eccleſiæ grauiter afflixit & puniuit, et Leonẽ papã ĩ ſede ſua iterũ collocauit, vt hr̃ ĩ Chronica Sigiſberti*

f Et æſt.h.*ſ. mali.*

g Æſtu.ma.*doloris & iracundiæ. eo quod nõ poterant Carolo reſiſtere.*

h Et blaſ.no.d.*hoc dicitur quantum ad obſtinatos, qui tunc in peccatis ſuis fuerunt mortui.*

i Et q.a.*Hic ponitur quinta plaga, in qua reuertitur Iohannes ad perſecutionẽ Saracenorum & punitionẽ eorum, ut dictum eſt ſupra, tamẽ aliqui exponunt partem iſtã de Otto imperatore, qui ut dicunt Gregorium papã eiectum p Creſcentium in papatum expoſuit, Iohannem intruſum expellendo, & ſcđm hoc dicitur hic:* Et quintus an.*i. Otto dictus.*

k Effudit p.ſuam ſuper ſe.be.*i. Iohannis papæ intruſi viuentis vita beſtiali. ſed quia in ſuperioribus nomine beſtiæ intelligitur Mahumetus vt patet ex prędictis, ideo pars iſta melius exponi videtur de Saracenis. Circa quod ſciendum, ſicut dicit Helinandus patriarcha Ieroſolymitanus de ciuitate depulſus a Carolo imperatore petijt ſubſidium: denuncians eius terræ ſanctæ diſcidium, qui collecto exercitu maiori quam ante vnquam habuiſſet, adijt terram ſanctam, & in fidelibus partim occiſis, partim fugatis patriarcham in ſede ſua collocauit, & terram ſanctam Chriſtianis reſtituens in bono ſtatu reformauit. & ſecundum hoc dicitur hic:* Et q.a.*i. patriarcha Ieroſolymitanus.* Effud. phialam.*i. Carolum Imperatorem, qui fuit inſtrumentum Dei ad puniendum gentem Mahumeti. ideo ſubditur:*

l Super ſe. be. *dicitur autem hic patriarcha Ieroſolymitanus hanc phialam effudiſſe, quia Carolum incitauit ad puniendum contemptum Dei & eccleſiæ.*

m Et fa.eſt re.eius.*ſ. Mahumeti.*

n Tenebro.*quia Saraceni partim fuerunt occiſi, & partim de terra ſancta confuſibiliter expulſi.*

o Et con.lin.ſu.præ do.*modus enim eſt hominis multum irati & afflicti mordere labia ſua, & frendere dentibus, quaſi manducans linguam ſuam.*

p Et blaſphemauerunt Deum cæli, *ex nimia impatientia moti. Vel,* Deum cæli, *i. Chriſtum, qui vere Deus eſt cæli & terræ. Saraceni tamẽ dicunt eum eſſe hominem purum, & ſic blaſphemant eum.*

q Et non egerunt pænitentiam.*in ſua perfidia obdurati.*

Et ſex

r Et ſex angelus.*Hic ponitur ſexta plaga. Et exponunt aliqui partem iſtam de Gregorio papa, qui primo fuit nominatus Hildebrandus, & pręfuit eccleſiæ anno Imperatoris Henrici quarti, qui cœpit imperare anno domini. M.lvij. inter quem & Gregorium papam mota fuit diſſenſio, eo quod Gregorius papa excõicauit omnes electos in eccleſia, qui inueſtituram per anulum et baculum acciperẽt de manu laici cuiuſcũq; cũ tamẽ ĩperatores & principes vſi fuiſſẽt hac ptãte. & ſic exponũt iſtã literam.* Et ſex.an.*i. papa Gregorius.* C

ſ Effu.phia.ſ.*i. indignationem.*

t In flu.i.m.Euph.*i. in Romanum imperiũ quod dicitur magnum flumen propter populi ſubiecti ſibi magnitudinem & multitudinẽ. unde dicitur infra. Aquæ multæ populi multi* Ca. ſeq. *Nominatur etiam Euphrates, eo quod eſt quartum regnum, quod dicitur ferreum, ſicut Euphrates eſt quartus fluuius paradiſi.* Dan. 2. f

v Et ſic. a.e.*auferendo poteſtatem inueſtiendi quantum ad electos modo dicto.*

x Vt p uia &c.re.*i. ut electi qui dicuntur reges eo quod habent eccleſiam regere, poſſint ingredi libere eccleſias. Dicuntur etiam reges ſolares, quia ſunt vicarij Chriſti ſolis iuſticiæ in dioceſibus ſuis ſicut papa in uniuerſali eccleſia. Aliter tamen poteſt exponi & magis proprie ad literam vt videtur de Carolo magno, qui inuitatus a beato Iacobo purgauit uiam ad eius ſepulchrum prius ignotum, eo quod tota Hiſpania erat a Saracenis occupata, vt Vaſconia & Nauarra, quos cum multis laboribus & bellis Carolus partim occidit partim fugauit, & partim fidei Chriſtianæ ſubiecit, vexatione illis intellectum præbente. & hoc eſt quod dicitur:* Et ſex. a. *i, beatus Iacobus.* Effu.ph.ſu.*i. Caroli magni potentiã quem inuitauit ad puniendum Gentem Saracenicam, quæ dicitur flumen magnum propter populi illius multitudinem.* Et ſiccauit aquam eius, *auferendo Saracenorum potentiam ut prępararetur uia regibus .i. peregrinis ſancti Iacobi, inter quos frequenter fuerunt, & ſunt multi reges, principes & potentes. Vnde & ipſe Carolus locum illum deuote adijt Poſſunt etiam alij peregrini deuoti reges dici, eo quod viuunt ſecundum regimen rationis rectæ & legis diuinæ.* D

y Ab or.ſ. *Sepulchrum enim ſancti Iacobi eſt in occidente terrę habitabilis. & ideo uia veniendi ad ipſum eſt ab ortu ſolis ſimpliciter quantum ad illos, qui veniunt ab oriẽte, vel ſecundum quid q̃tum ad uenĩẽtes a meridie & ab Aq̃lone. nã reſpũ occidẽtis declinãt ad ortũ ſolis.*

¶ Et uidit

## MORALITER.

a *Et q.an.ef.* per quod ſignificatur punitio malorum prælatorum. prælatus enim debet eſſe ſicut ſol illuminans & confortans populum ſuum, ſed malus facit contrarium. ideo ſubditur,

d *Et da.eſt il.* i. permiſſum diabolo procurante.

e *Aeſtu. af.h.* nam æſtu ſuæ cupiditatis affligunt ſubditos eorum bona iniuſtis extorſionibus rapiendo, & eos ſua vita mala ſcandalizando. ideo ſubditur,

b *Et b. De. cę.* Nam hoĩes ſic afflicti ex impatientia prorumpunt aliquando in blaſphemiam Dei, ſicut dicitur de Dauid ꝙ fecit homines blaſphemare nomen domini, quia propter adulterium eius cum Bethſabee, & homicidium Vriæ plurimi dicebant Deum egiſſe iniuſte reprobando Saul, & Dauid eligendo. 2. Reg. 12

i *Et quintus angelus effudit*. Hic ponitur punitio malorum principum. ideo ſubditur:

l *Super ſedem beſtiæ*. i. principantes tyrannice. nam beſtia dicitur quaſi vaſtia a vaſtando.

m *Et factum eſt regnum eius tenebroſum*. quia per hoc ducitur ad tenebras gehennæ, & populus ſibi ſubditus patitur tenebras anguſtiæ. ideo ſubditur,

o *Et commanducauerunt linguas ſuas*. Modus enim hominis irati eſt linguam & labia mordere.

p *Et blaſphemauerunt Deum*. exponatur ſicut prius.

r *Et ſextus angelus. effudit*. Hic ponitur punitio ſuperborum, qui excedunt metas ſuas ſicut Euphrates inundat extra ripas ſuas.

v *Et ſiccauit aquam*. Aqua Euphratis ſiccatur, quando ſuperbi potentia tollitur ſeu defalcatur.

x *Vt præ. uia re. ab or. ſ.* Per iſtos poſſunt ſignificari homines contẽtioſi. nam ĩ ortu ſolis iuſticiæ, qui Chriſtus eſt, pax clamata fuit per angelos dicentes: Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonę voluntatis. Ab hoc ortu recedunt contentioſi, qui veniũt contra ſuperbum, quando vident ipſum in potentia diminutum,



Et uid

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Vidi.* effuſionem phialæ ſuper iſtos,& ipſos non corrigi,ſed in maiorem excæcationem præcipitari.

E

b *Spiritus.*i. omnes impios qui pro nimia malicia dicẽdi ſunt ſpiritus immundi,uel ipſos dæmones,quos in cordibus aliorum generant. Sicut fideles ſua doctrina generant fidem Chriſti in cordibus aliorum,ſic iſti ma licia diabolum.

c *Ranæ.* Ranæ in luto morantur, & garrulæ ſũt, & aliis qetẽ auferũt, ſic & iſti.

d *Proce.ad re.to.ter.con.* Procedunt dæmones & congregabit diabolus, quia omnes unus.

e *Et congre.*i. facient illos habere fiduciam in Antichriſto, qui eſt refugium omnibus volentibus furari ſanctis fidem ſuam. uel ad quem glorianbuntur omnes mali diuerſarum ſectarum.

f *Et ſep.ang.* Oſtenſo ſuper quos angeli phialas ſuas effundat,ſupponit qd contigit ipſis malis p effuſionẽ iſtam.ſ.qa hic qtum poterunt repugnabunt,quaſi ab ipſa infuſione acceperunt incremẽtũ,ſed tandẽ detrudentur in infernum

Et fra.

a ¶De uerbis apoſtolorum Antichriſti. b ¶De inſpiratione diaboli

a Et uidi de ore dracõis & de ore be

a ¶.i.de conſilio diaboli.

ſtiæ & de ore pſeudo prophetæ exi c

a ¶ſ.propter ſubtilitatem maliciæ. b ¶negando fidẽ trinitatis. a ¶propter opera immundiciæ.

b re ſpiritus tres immundos in mo e

a ¶Tales ſunt hypocritæ. ¶Vere in mundi

c dum ranarum. Sunt enim ſpiritus f

a ¶Miracula. b ¶.i.miſſi ab Antichriſto.

d dæmoniorũ facientes ſigna,& prõ g

a ¶Mundi. b ¶.ſ.non quantum ad unitatem loci, ſed conſenſus & uoluntatis malæ.

cedunt ad reges totius terræ, con i

a ¶Contra fideles. b ¶Sed malo ſuo,quia cito ducentur ad diem iudicii.

gregare illos in prælium ad diem k

a ¶Vere veniet,quia ipſe teſtatur.

magnum omnipotẽtis Dei. Ecce l

a ¶ſicut fur dormientes occidens. b ¶Et ideo. c ¶.i.ſollicitus eſt de ſalute ſua.

uenio ſicut fur. †Beatus q uigilat, m

a ¶Innocentiam in baptiſmo acceptam. b ¶A uirtutibus

& cuſtodit ueſtimẽta ſua, ne nud n o

a ¶Reſurgat. b ¶Sancti & angeli. ¶Peccata.

ambulet & uideant turpitudinem p

a ¶Ipſe diabolus qui in omnibus illis eſt. b ¶Poe- dunt congregare & congregabunt

eius. Et congregabit illos in locum q

a ¶Mons furum,uel mons globoſus

qui uocatur Hebraice Hermaged

r dõ. Et ſeptim⁹ angel⁹ effudit phia- s

a ¶.i.contra diabolos,quorum locus eſt aer. b ¶.i.in manifeſtum uenit.

lam ſuã i aerẽm,& exiuit uox ma- t

a ¶.i.magna annuncians. b ¶Deccleſia. c ¶Quem eccleſia a Deo concepit.

gnã de tẽplo à throno dicens: Fa- u

H

ſent habere remedium ſi ſupplicando ſcriberent ſummo pontifici, qui fideles ad hoc poterat exhortari, & etiam ſe obtulit ad eorum literas deportandum, cui gratias agentes ſibi negotia commiſerunt. Ille autem quam cito potuit,venit ad Papam Vrbanum, literas ei præſentans, & plura alia,quæ uiderat, enarrans. Qui condolens ſanctæ terræ, anno domini Milleſimo. xcv. venit in Galliam & celebrauit concilium apud Claremontem,ubi multa bona ſtatuit, & in fine miſeriam exponens terræ ſanctæ, ad ſuccurrendum fideles efficaciter animauit, & prælatos eccleſiæ negocium crucis prædicari mandauit. Petrus etiam prædictus per principes & per prælatos diſcurrens negocium fideliter promouit, ita quod anno domini M.xcvi. multi valde tam de principibus quam de aliis de Francia, Hiſpania, Anglia, Alemania, Italia, & alijs partibus occidentis crucem ſuis humeris affixerunt, vno animo Chriſtianis in ſeruitute detentis ſuccurrere intendentes. Quod præuidens Iohannes dicit: Et ſeptimus angelus.id eſt Petrus eremita.

t Effudit phia ſuam in aerem.quia verbis efficacibus Papæ & principibus terræ dictæ miſeriam expoſuit.verba enim ex aere reſpirato formantur, & per aerem diffunduntur, vt habetur ij.de anima.

u Et exiuit uox magna de templo.i.de eccleſia.

x A throno.id eſt ab autoritate ſummi pontificis.

y Dicens: Factum eſt. id eſt exaudita eſt petitio populi Chriſtiani in Ieruſalem habitantis.

¶ Et facta

conueniſſe contra populum Chriſtianum.propter quod illud, quod hic dicitur. Congregare il.in pr. non eſt intelligendum ſimul quantum ad omnes, ſed ſucceſſiue ſicut dictum eſt ſupra.

G

k Ad di.ma.o.Dei.q p congregationes iſtas infidelium puniuit diuerſis t pib.pctã Chriſtianorum,vt dicunt epiſcop. memorati.unde ſubditur:

l Ecce ue.ſicut f. Tales enim punitiones immittit dominus repente ſuper peccatores in ſuis impietatibus dormientes.propter quod ſubditur:

m Beatus q ui.attendendo diuinam iuſticiã

n Et cu.ue.ſua.ſ.virtutum.

o Ne nu.am.nam ipſis ſpoliatur per mortale peccatum.

p Et ui.tur.e.ſ. Deus & angeli eius.

q Et cong.il.ſucceſſiue modo prædicto.

r In lo.q.uo.He.Her. & ſecundum Hieron. interpretatur, conſurrectio. Nam in terra pro miſſionis Chriſtus paſſus fuit & ſurrexit.

s Et ſeptimus. Hic conſequenter deſcribi tur ſeptima plaga perſecutio, & primo in generali.ſecundo magis in ſpeciali, ca.ſe. Circa primum ſciendum, quod aliqui expoſitores dicunt, quod iſte ſeptimus angelus fuit Alexius imperator Conſtantinopolitanus, qui ſcripſit literas Vrbano Papæ pro reuelatione terræ ſanctæ. ſed hoc non videtur uerum. nam ille Alexius contra Latinos fuit fallax & doloſus, & multipliciter machinatus fuit deſtruere exercitum principum occidentalium ad dictam reuelationem deuote procedentium, ſecundum quod deſcribit dominus epiſcopus Tyrenenſis & alij, qui peregrinationem illam diligentius deſcripſerunt. Propter quod dicendum, quod angelus iſte fuit Petrus eremita de dioceſi Ambianenſi natus, qui deuotione motus cum multis laboribus & periculis iuit vltra mare ad uiſitandum loca ſancta. & cum itraſſet in Ieruſalem, dato tributo p ingreſſu Turcis ibidem dominantibus, per dies aliquot manſit cum patriarcha & aliis catholicis in urbe manentibus: & ſic non ſolum ex eorum relatu, ſed etiam ex uiſu cognouit miſerias,in quibus erat populus Chriſtianus:non ſolum in urbe, ſed etiam in alijs locis Iudææ. Quibus compatiens dixit eis, quod poſ

† Matth. 24.d Luc.12.e 2.Theſ.5.a

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et ui. Hic ponitur ſeptima plaga, cuius primo ponitur motiua ratio, ſecundo eius executio, ibi: Et ſeptimus angelus. Circa primum ſciendum, q a tempore Coſdroe regis Perſarũ pro maiori parte populus catholicus in terra promiſſionis habitãs & circa, fuit in afflictione & ſeruitute dura vſque ad eius liberationẽ per principes occidentales Chriſtianorum. & tempore Gotfredi de Buillon ducis Lothoringiæ. Nam aliæ liberationes dicti populi per Eraclium & Carolum magnum, de quibus ſupra dictum eſt, fuerunt quaſi momentaneæ, quia cito tranſierunt. nam recedente Eraclio de Ieruſalem poſt Coſdroe interfectionem & ſanctæ crucis reportationem, Arabes Hommaro duce terram ſanctam & plures alias ſibi ſubiugauerunt, & ſimiliter poſt receſſum Caroli magni de terra ſancta Saraceni dominantes in Aegypto Iudæã ſibi ſubiugauerunt, & poſtea Turci eam de manu Calipha Aegypti auferentes eam tenuerunt, vſque quo debellati fuerunt per principes prædictos in partibus Antiochenis, tunc enim debilitata Turcorum virtute Aegyptij abſtulerunt Ieruſalem & Iudæam de manibus eorum, ut dicit epiſcopus Tyrenenſis lib. xij. ca. xij. Sed infra annum vel circiter Chriſtiani de manibus Aegyptiorum eam abſtulerunt ui armorum. Notandum etiã, q ſicut inter Chriſtianos fuit prædicatores eos excitantes ad impugnãdũ Saracenos: ſic inter Saracenos ſunt aliqui literati excitãtes alios cõtra Chriſtianos. quod Iohannes præuidens dicit, Et ui.de o. dra.i.ſummi principis in regno Perſidis, qui vocatur draco, ut ſupra.

F

t cęlo

Cap. 12.

b Et de ore be.i.Caliphæ ſeu ſummi principis in Aegypto.

c Et de ore p.p.i. prædicatorum Saracenos contra Chriſticolas excitantium. & ponitur hic ſingulare pro plurali.ſ.propheta, pro propheta rum, ſicut frequenter fit in ſcriptura.

d Exire ſpi.tres in.verba enim ex ore prophetarum dictorum & etiam principum dicuntur ſpiritus immundi, quia inducunt ad immundiciam pcti.

e In mo.ra.nam ſuo garritu alios in quietant.

f Sunt e.ſpi.dæ. quia dæmones ad hoc excitant.

g Facientes ſi.nam inter infideles permittuntur dæmones aliquando facere ſigna iuſto Dei iudicio,licet nobis occulto.

h Et proce.ad re.to.t.in qua habitãt infideles ſupradicti. et dicitur hic reges admirantij Satrapæ & potẽtes, et alij ſub ſummis principib. cõſtituti.

i Congrega.il.in præ. Dicunt hic expoſitores aliqui, quod Saraceni tam de Aegypto quam de alijs partibus tranſmarinis circa annum domini Milleſimum. lxvi. congregati fuerunt ad deuaſtandum populum Chriſtianum, non ſolum in Iudæa, ſed etiam in Græcia. Sed hoc non uidetur verum, quia ſecundum quod dicit epiſcopus Aconenſis & etiam eps Tyrenenſis in libris, quos ſcripſerunt de hiſtorijs tranſmarinis, poſt mortem Mahumeti Saraceni in duas ſectas fuerunt diuiſi. nam vna pars ſedem ſuam poſuit in Aegypto, alia vero in Perſidis regno. & non ſolum fuerunt diuiſi locis, ſed etiam in aliquibus punctis ſuæ legis, ita quod iſti vocant alios ſubuerſores & ſchiſmaticos. propter quod extunc inter ipſos fuit contentio & guerra vſque ad tempus Saladini, qui cœpit regnare anno domini. M.clxxix. poſt liberationem terræ ſanctæ per principes ſupradictos per magnum tempus. Hic enim Saladinus induxit Saracenos habitantes in Aegypto ad tenendum ceremonias aliorum in Perſide exiſtentium: & ſic reduxit eos ad concordiam, nec ante, nec poſt eorum diuiſionem leguntur in aliqua hiſtoria notabili in vnum exercitum

conueniſſe

Saracenorum diuiſio

## MORALITER.

✠ a Et uidi de ore draconis &c. id eſt diaboli, qui dicitur beſtia. a uaſtando, & draco inſidiando, & propheta falſe mentiendo.

d Exire ſpiritus tres immundos. per iſtos tres ſignificantur mali relatores, aduocati doloſi & adulatores, qui ſua verboſitate mundi potentes excitant ad contentiones.

s Et ſeptimus angelus effudit phialam ſuam in aerem. Per quod ſignificatur punitio malorum doctorum, qui ſuis uerbis peruerſis uerberant aerem, errores & hæreſes ſeminando.

u Et exiuit u.ma.de tem.a thro.di. Per templum ſignificantur prælati fideles hæreſi, & per thronum principes, ſicut legitur de pluribus prælatis & principibus Arrianæ hæreſi adhærentibus & catholicos grauiter perſequentibus, ideo ſubditur,

✠ Et facta



a Et fra. eſt ci. Et pp iſtam damnationem & pp peccata, quæ ipſi addunt, damnata eſt ipſa ciuitas, & diuiſa eſt pœna vnicuiq; pro merito, Iudæis.ſ.& Gentilibus, & falſis Chriſtianis.

A

b Ciuita.i.oẽs collectiones malorũ in generatione prima manentium dãnabunt: carnali non in ſecta regnatione ſpirituali.

c Venit i.m.i.recordatus eſt Deus ſingula pctã eorũ, quorũ pri⁹ videbat oblit⁹.

d Da.ei c. Ad hoc vt ipſe Deus daret illi penã mẽſuratã p delectationib. quas habuerũt. Retribuit De⁹ malis p meritis.i. qd meruerũt ſed nõ qtum meruerunt, vt in ipſa retributione vbi patet iuſticia, ſit et mia. Vniuerſæ.n.viẽ dñi, miſericordia & veritas. Bonis & dat pro meritis & pluſq meruerunt, vt miſericordia ibi iuſticiæ præualeat.

Pſal. 24.b

e Et o. Et uidit q oẽs, q pro Deo afflicti in mũdo & virtutib. eminẽtes reſpũ habit pnarũ, i vita ſua vitauerũt cõſortia ipſorũ, & iõ nõ ſũt iuncti in pęnis eorũ.

f Talentum. Eſt magnũ. cxx. librarũ mediũ. lxx. duarum. minus quinquaginta. De medio hic dicit, qa pctõres in lxxii. linguis non effugient hanc vindictam.

g Et blaſph.i. in inferno poſiti quis ſciat ſe pro merito puniri, dolebunt tamẽ q Deus tantam potentiam habet, q plagas eis inferat, & eſt blaſphemia.

a ¶Conſummata ſunt omnia,& finis mundi adeſt. ¶Ab illis malis, uel ab illis bonis. b ¶Miracula. c ¶Blãdit r

ctũ eſt. Et factã ſunt fulgura & uo-

a ¶Comminationes. b ¶.i.mali mouebũtur cõtra ſãctos

ces & tonitrua, & terræmotus fa- b

a ¶.i.tempore Abel, qui primus terram calcauit. ¶delpexit, uel qui primus iuſtus.

ctus eſt magnus qualis nunq fuit, c

ex quo homines fuerunt ſuper ter

a ¶Tam turpis ¶.i.tam grauis.

ram, talis terræmotus ſic magnus.

a ¶.i.reproborum collectio.

a ¶.ſ.Iudæos, Paganos,& malos Chriſtianos.

a Et fracta eſt ciuitas magna in três d

a ¶Id eſt Gentiliter uiuentium.

b partes, & ciuitates Gẽtiũ cecide- f g

a ¶.i.collectio peccatorum.

c runt. Et Babylon magna uenit in h

a ¶.ſ.Ad puniendum.

d memoriã ante Deum, †dare ei ca- i

a ¶Qui procedit ab illo indignante & irato.

e licẽm uini idignationis iręeius. Et k

a ¶.i.congregatio ſanctorum. b ¶.i.dociet atem reprobotum & pœnam eorum.

omnis inſulã fugit, & montes nõ l

a ¶.i.in pœna. b ¶.i.æterna pœna contundet.

ſũt iuenri. Et grãdo magna ſicut m

a ¶.i.ponderoſa & menſurata. b ¶.ſ.deo miſſa. c ¶.i.impatientes & carnales.

f talẽtũ deſcendit de cęlo in hõmi- n

a ¶.ſ.dicentes eum eſſe iniuſtum.

g nes, & blaſphemauerunt hõmines

Deum propter plagam grãdinis, o p

a ¶.i.cruciantes eos intolerabiliter.

qm magnã facta eſt *uehementer. q

C

f Et ciui.Gen.i.Saracenorum.

g Ceci.quia a Nycea Bithyniæ & Antiochia, quæ ſunt in regno Perſidis vſq; in Ieruſalẽ & vltra vſq; ad riuũ Aegypti ciuitates ab infidelibus detẽtæ fuerunt p dictũ exercitũ ſubiugatę, vt deſcribit eps Tyrenẽſis.

h Et Ba.m.i.ſecta Saracenica, quæ dicitur Babylon.i.cõfuſio. q a legib. & mandatis confuſibilibus eſt plena.

i Ve.in me.ad ipſam puniendum. ideo ſubditur: Dare il.ca.

k Et om.inſu.fu. quia Saraceni habitantes in inſulis prope tranſitum Chriſtianorum per mare nauigantium fugerunt timore ipſorum.

l Et mo.n.ſ.in.quia multa fortalicia in montibus ſita per Chriſtianos fuerunt expugnata.

m Et gra.ma.ſi.ta.i.bellum importabile Saracenis nõ tam virtute humana q diuina. multoties enim fuerunt a Chriſtianis debellati.

n Et blaſ.ho.i.Saraceni.

o Deum.i.Chriſtum, qui eſt verus Deus.

p Propter pl.gr.eis inflictam a Chriſtianis.

q Quoniam ma.fa.eſt ue. quia non poterãt eam ſuſtinere, ſicut ſcribit diffuſius Tyrenenſis epiſcopus ſupra memoratus.

## MORALITER.

✠ a Et fa. ſunt f. id eſt tempeſtates in eccleſia.

e Qualis nu f. quantum ad omnes eius conditiones, ſicut de quolibet confeſſore cantar eccleſia: Non eſt inuentus ſimilis illi. †ut daret

d Et fra. eſt ciui.i. eccleſia, quæ debet eſſe ciuium vnitas.

e In tres par. Nam aliqui adhærebant Arrij doctrinę, aliqui vero doctrinę eccleſię, & aliqui erant dubii de vtraque.

f Et ci.Gen. ce. Nam aliqui gentiles ad fidem conuerſi, videntes talem diuerſitatem reuertebantur ad priſtinam infidelitatem.

g Et Babylon ma.i. Arrij perfidia.

h Venit in me. nam ex ordinatione Dei ſimpliciter eſt deſtructa.

k Et o. inſu. fu. Nam Arriani non habuerunt refugium hic vel ibi.

D

†plaga ei

m Et grãdo magna. id eſt grandis pœna ex Dei ordinatione cecidit ſuper Arrianos, ſcilicet pœna gehennæ, vbi damnati blaſphemant iuſticiam Dei.

## NIC. DE LYRA.

¶ Et fa.fu.& n.& to. Per voces & tonitrua intelliguntur crucis prædicationes, & per fulgura ſigna & viſiones mirabiles, qb. moti fuerunt plures ad crucis negotium aſſumendum.

b Et t.fa.multis valde terras proprias relinquentibus, pro dicta expeditione.

c Qualis nũ.fu. quia ſicut dicitur in Chronica Guil. nunq tot gentes in vnũ conuenere, ſed opinionem hominum vincebat numerus, quis æſtimaretur ſexagies centum milia.

d Et f.e.c.i.exercit⁹ ille, q dicitur ciuitas qua ſi ciuiũ vnitas: nã eo iter Ieroſolymã pgebãt.

B

e In tres pa.nam propter hoſpitia & victualia recipienda vnus exercitus primo ſecutus eſt Petrum eremitam, alius autem populus ſecutus eſt principes Golfredo duci ſe iungentes, alius exercitus exiuit per nauigium cum Boamundo duce Apuliæ.

Et ciui.

## GLOS. ORD. CAP. XVII.

Et ue.unus. Cum deſcripſiſſet plagas, quas inferent prædicatores tpe Antichriſti, & dãnationem ęternam, quã inde patient impii, monet attẽdere cauſas ipſius damnationis. q. d. oſtendi vobis quod in illo futuro fiet, mõ cauete uobis vos pñtes, quia idem diabolus, qui tunc ita apte decipiet, occulte decipit quotidie, & ad eudẽ interitũ, quo & illos ducet.

b Ange. Angelus hic habet perſonã docentis, Iohannes diſcentis:

c Damna.me.i.cãm damnationis malorum, qui relicto creatore fornicant cũ dæmone, idola colendo, terrena amando, immundiciæ ſeruiendo.

d Meretri. Meretrix iſta magna i Antichriſtus & mali, qui tpe eius erunt, quę iam ſedet ſup aquas.i.iã regnat ſup malos pñtes, quorũ omniũ ipſe eſt caput.

e Quæ ſe. i.quę regnat ſuper multos populos, quos attrahit ad ſe luxuria. vnde dominus ad Iob: Virtus eius.ſ.diaboli in lumbis eius. Qñ viros, quorũ ſeminariũ in lũbis eſt, decipit, & in vmbilico, dum mulieres, quarũ ſemen eſt i umbilico, decipit. Vñ ppheta ad Ierlm quaſi ad meretricem, In die ortus ſui.i. hoc tpe ſeculi, non eſt preciſus vmbilicus tuus, i. non refrenaſti luxuriam.

Iob.40.b

Ezech.16.a

Inebriati

## CAP. XVII.

¶Per intelligentiam.

a Et uenit unus de ſe

b ptẽ angelis q habebãt ſeptẽ phialas, & locutus eſt

¶Per intelligentiam.

mecũ dicens: Ve

c ni, oñdã tibi dãnationẽ meretricis

d magnæ, quæ ſedet ſup aquas mul- d

¶Principes ſeculi.

e tas, cum qua fornicati ſunt reges e

quentia. Primo deſcribitur ſub quadã metaphora, quæ primo ponitur: Secundo exponitur. ibi: Et dixit mihi. Circa primum dicitur:

a Et ue.vn.de ſept.an.qui ha.ſep.ph. Per hæc vt dicunt tenentes opinionem dictam, deſignatur Alexius imperator, qui ſecundum eos ſupra dicitur angelus ſeptimus. Sed hoc fuit ibidem reprobatum. Nec poteſt conuenienter dici, quod per hunc angelum deſignatur Petrus eremita, quẽ dixi ſupra fuiſſe ſeptimũ angelũ. quia hic angelus dicitur hic Iohãnẽ euãgeliſtã docuiſſe. Vnde & ſubditur

b Et lo.eſt me.di. Veni, & oſtendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ. Petrus autem eremita per nongentos annos & amplius fuit poſtquam Iohannes ſcripſit hunc librum. Ideo melius dicitur, quod beatus Iacobus, qui ſupra dicitur vnus de ſeptem angelis habentibus phialas, fuit angelus iſte, qui antequam Iohannes videret hanc viſionem, per palmam martyrij tranſierat ad gloriam, & ſic poterat eum docere de futuris ex diuina ordinatione.

Act. 12.a

c Damnationem meretricis magnæ. id eſt ſectæ Saracenicæ, ut poſtea magis dicetur.

d Quæ ſedet ſuper aquas multas. i. dominatur populis multis, ut exponitur infra.

e Cum q.for.ſunt re. quia multi reges receperunt legem Mahumeti.

¶ Et inebria-

## NIC. DE LYRA. CAP. XVII.

Et ue.unus. Hic conſequenter deſcribitur plaga ſeptima magis in ſpeciali. & in hoc ſcd m opinionem illorum, q dicunt, q tota litera ab hoc loco vſque ad illum: Et cum conſummati fuerint mille, &c. circa mediũ. xx. ca. ſit iam impleta de pterito, ſecundum quã priõ exponã totã literã iſtã: poſtea dicã qd mihi ſupra hoc videatur. Et diuiditur in duas partes, q a priõ deſcribitur in ſpãli hæc plaga. ſcd o Chriſtianæ religionis promotio noua. ca. xx. Circa primum dicit: Quoniã iſta plaga Saracenorũ eſt, vt patet ex prædictis, ideo primo deſcribitur Saracenorum militas. ſecundo Chriſtianorũ ipſos percutientium probitas. ſe

quenti

Diuiſio

## MORALITER.

✠ a Et uenit unus de ſeptem angelis. Sequitur:

c Veni o.ti.dam.me.ma. Moraliter exponendo, hæc eſt mulier de qua dr Zach.v.c. Hæc eſt impietas. Beſtia uero ſuper quam ſedet, eſt congregatio malorum, quia beſtialiter uiuunt. Hæc autem mulier & beſtia dicuntur ornatæ præcioſis, quia talia communius reperiuntur in malis. Septem capita huius beſtiæ ſunt ſeptem vitia capitalia, quæ dicuntur reges. quia multa uitia ſubſe continent. & montes, & hoc propter ſuperbiam, quæ continetur in eis, nam in omni peccato mortali eſt contemptus Dei. Per decem cornua ipſius ſignificatur omnimoda perſecutio decem præceptorum Dei.



✠ Beſtia

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Inebriati ſunt qui inha.ter.de ui.* Sicut ebrius nihil timet, ſic terrenis inhærentes intantum excæcabuntur amore terræ, ut nec Deum diligant, nec pęnas timeant.

b *Mulierem ſedentem.* i. illos molles, qui Euæ, a qua peccatum incępit, conformantur, qui habent diabolum fundamētum qui eſt ſanguineus & in ſe & in ſuis. uel quia ſanguinem ſanctorum fundunt, uel eloquia Dei male intelligunt.

c *Capita ſeptem.* i. ſenſus, & poſtea errorē, & tandem Antichriſtum, per quę ſeptem diabolus ducit homines ad peccatum.

d *Cornua de.* i. decem regna, quæ erunt tpe Antichriſti, per quæ alia intelliguntur.

e *Circundata pur.* i. regali ueſte, quia dicūt ſe reges vt decipiant.

f *Auro.* quia videbuntur diuina ſapientia illuminati.

g *Poculum aureum.* i. diuinam ſcripturam, qua potantur fideles ad ſalutem.

h *Abominatione.* i. quæ ſecundum illas expoſitiones debent abiici ab hominibus, quia immundiciam carnis docent, & fornicari a Deo.

i *Et in fronte.* Quamuis ſit ita habilis ad decipiendum, tamen fideles ne deſperetis, quia habet in fronte. i. in manifeſto ſignū quod rudibus eſt myſterium iſtud ſolum .i. dando exemplum faciēdi peccata pro quibus terreni a ſalute fideliū repellūtur.

k *Ebriam.* i. depreſſam vindicta pro effuſione ſanguinis, vt præ doloribus nimiis neſciat vbi ſit.

l *Et miratus ſum.* Hic habet Iohannes perſonam illorum, qui cum vident malos in mundo exaltatos, mirantur cum audiunt pęnas, quæ ipſis malis promittuntur & cum ita ſint puniendi, quare Deus permittit illos exaltari. Sed docentur intelligere illam exaltationem datam ad maiorem excæcationem, & tandem iuſte inferi æternam damnationem.

F m *Et tibi dic.* i. quare puniantur iſti mali. i. diabolus, qui eos peccare fecit, quod eſt incognitum niſi doctis.

n *Beſtiæ quæ por.* Beſtia. i. diabolus, portat. i. regit, mulierem. i. omnes malos effęminatos. qui enim alios regit, quaſi onus regiminis portare dicitur.

o *Fuit.* Ante aduētum Chriſti habuit diabolus maximam poteſtatem, ſed pòſt licet non penitus amiſit, tamen non modice eſt debilitata.

p *Aſcenſura eſt.* Quia tempore Antichriſti poteſtatem recipiet. *Aſcen. eſt de ab.* i. per illos, qui in peccatis profundi ſunt, aſcendet in elationem.

q *Et in inte.* quia mortuo Antichriſto amplius non habebit tentandi locum.

r *Mirabuntur.* Cum viderint mali poteſtatem ſuam ita annihilatam, dolebunt nō quaſi pęnitentes, ſed tantum admirantes.

ſ *Septem ca.* Quia per hæc ſeptem erigit diabolus homines in ſuperbiam, & in quibus innituntur infideles.

t *Quinque ceciderunt.* Adam ſi in obedientia perſeueraſſet, ſenſus corporis ad nullam voluptatem verterentur, malā ſed p pctm̄ ita corrupti ſunt, vt iā naturale ſit lenia tactu, ſapida guſtu, nare odorifera, viſu pulchra quærere. Hi ſunt quinque reges per

terræ, & inebriati ſunt, qui inhabitāt terram de uino proſtitutionis eius. Et abſtulit me in deſertum ī ſpiritu. Et uidi mulierem ſedentem ſuper beſtiā coccineā plēnam nominibus blaſphemię, habentem capita ſeptem, & cornua decem. Et mulier erat circundata purpura & coccino, & inaurata auro & lapide precioſo & margaritis, habens poculum aureum in manu ſua plenum abominatione & immūdicia fornicationis eius. Et in frōte eius nomē ſcriptum: myſterium: Babylō magna mater fornicationū & abominationum terræ. Et uidi mulierem ebriam de ſanguine ſanctorum, & de ſanguine martyrum Ieſu. Et miratus ſum cum † uiderem illā admiratione magna. Et dixit mihi angelus: Quare miraris? Ego tibi dicam ſacramentum mulieris, & beſtię, quæ portat eam, quę habet capita ſeptem & cornua decem. Beſtia, quā uidiſti, fuit & nōn eſt, & aſcēſura eſt de abyſſo, & in interitū ibit: & mirabuntur inhabitantes terram, quorum nomina ſcripta non ſunt in libro uitæ a conſtitutione mundi, uidentes beſtiā, quæ erat & nōn eſt. Et hic eſt ſenſus, qui habet ſapientiam. Septem capita ſeptem mōtes ſunt, ſupra quos mulier ſedet, & regēs ſeptem ſunt. Quinque ceciderunt

¶ Manifeſtæ fornicationis. ¶ In corda reproborum a gratia Dei deſerta. ¶ In uiſione ſpirituali. ¶ Quia talia corporeis oculis non poſſunt uideri. ¶ Quia dicunt mala q̄ faciunt Deo nō diſplicere. ¶ Et per illam beſtiam talis erat mulier iſta. ¶ Quia occidunt nolentes acquieſcere. ¶ .i. carbunculo .i. charitate quam dicunt ſe habere. ¶ A iis uirtutibus. ¶ In prauis expoſitionibus. ¶ Illud videlicet. ¶ .i. magna confuſio. ¶ Illud uidelicet. ¶ Vidi peccatum mundi, uidi etiam pro peccato damnatum. ¶ Minorum. ¶ Illorum qui non timent teſtari ſe Chriſtum Deum. Q. noli imirari, ſed intellige quid ſit. ¶ Id eſt ego reſerabo, ita vt poſſis intelligere. ¶ .i. diabolus, qui beſtiales facit. ¶ Ante aduentum Chriſti. ¶ Parum regnauit. ¶ Quia Chriſto nato vim perdidit. ¶ Locum habebit quia malos inueniet. ¶ Q. reſpectu huius pœnæ poteſtis uobis cauere. ¶ Quia per hæc eadem regit infernum. ¶ Tranſacta infantia.

† uidiſſem

† meus

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et ineb. ſunt. *nam populi ſub dictis regibus exiſtentes ſimiliter receperunt legem Saracenicam immundiciis plenam.*

b Et abſtul. me in de. *ad videndum ſtatum Saracenicum a Deo propter peccata ſua derelictū.*

c In ſpi. *Nam hæc viſio non fuit corporalis, ſed imaginaria & intellectualis.*

d Et ui. m. ſe. ſu. be. *per hoc intelliguntur Saraceni in duas partes diuiſi, ut dictum eſt ſu. Turci per mulierē propter eorum maliciā & aſtutiā ſerpētinā. Aegyptij vero p beſtiā, qa ſunt intellectu minus vigentes, & per cōſeqns magis beſtiales. Dicitur āt mulier ſedere ſuper beſtiā, nā Turci ab Aegyptijs abſtulerūt Iudæā & Syriā.* G

e Coccineam. *i. ſanguine Chriſtianorum rubricatam.*

f Plenam no. blaſ. *quia Saraceni dicūt Chriſtū eſſe hōiem purū, & ſic blaſphemant eū. & ſimiliter btām virginē, negātes eā eſſe Dei matrem.*

g Ha. ca. ſep. & cor. de *de quibus quid ſignificent, infra dicitur.*

h Et mu. erat. cir. pur. *quia Turci fuerunt opulentiſſimi in iſtis & in alijs rebus precioſis.*

i Habens po. aureum. *quia multas Gentes induxerunt & traxerunt ad immundiciam ſuæ legis.*

k Et in fronte e. no. ſcrip. my. Baby. *Per hoc q̄ dixit myſterium, oſtendit Iohannes, quod non loquitur de ciuitate Babylonica, ſed magis de ſecta Saracenica quantum ad Turcos.*

l Mater for. & abo. ter. *nam orientales populos pro maiori parte ſatis traxerunt ad errorem ſuæ ſectæ.*

m Et ui. mu. e. de ſan. ſ. *quia ſupra numerum et menſuram effuderunt Chriſtianum ſanguinem. Ebria enim dicitur quaſi extra briam. i. menſuram. Turci enim crudeliores fuerunt Chriſtianis, Aegyptijs & Saracenis, ſecundum quod dicit Tyrenenſis epiſcopus li. 1.*

n Et mir. ſum. *de patientia Dei erga ſectam nequiſſimam Mahumeti.*

o Et di. mi. *Hic conſequenter ponitur executio parabolæ. circa quam angelus primo proponit intentum dicens Iohanni.*

p Quare m. *q. d. totū cedet ad Dei gloriā & electorū, qb. meritū accreſcit ex pſecutione malorū.*

q Ego ti. di. ſa. *i. ſignificationem occultam.*

r Mulieris & be. *i. regni Turciæ & Aegypti, vt dictum eſt.*

s Beſt. *Hic proſequitur intentum exponendo parabolā. & prīo circa regnū Aegypti deſignatū per beſtiam di.* Beſtia quam ui. fuit. *Nam Aegyptij prīo occupauerūt dominiū Ieruſalē & Iudææ, & poſtea pdiderūt, Turcis terram illam occupātibus, vt dictum eſt ſupra. ideo dicitur, quod beſtia fuit prius dominans in Iudæa.*

t Et non eſt. *inde per Turcos eiecta.*

v Et aſc. eſt de abyſ. *i. de Aegypto, quæ tenebra interpretatur. & hoc fuit quando debilitata uirtute Turcorum per Chriſtianos Aegyptij recuperauerunt Iudæam & Ieruſalem ut dictum eſt. ſu.* H

x Et i ite. *Nam Aegyptij per chriſtianos fuerunt occiſi, & reſidui inde eiecti, vt referunt epiſcopi Aconenſis & Tyrenenſis deſcribentes hiſtoriam terræ ſanctæ.*

y Et my. &c. q. n. ſ. n. ſ. *i. Saraceni, qui non ſunt prædeſtinati, ſed praſciti. mirabantur enim Saraceni quomodo rex tam potens & magnus a populo Chriſtiano de partibus extraneis & tam longinquis uenienti eſſet debellatus.*

z Et hic eſt ſen. *intellectus.*

a Qui h. ſ. *i. circa occultā ſcripturarū ītelligētiā*

b Sep. ca. ſpe. m. ſunt. *i. prouinciæ.*

c Supra quos mu. ſe. *quia regnum Turcię inualuerat ſuper Aegyptum.*

d Et r. ſ. ſ. *i. principes illarum prouinciarum.*

e Quinque ceciderunt. *a dominio Aegy-* ❡ *pti, dominio*

## MORALITER.

✲ s *Beſtia q. ui.* impietas enim fuit maior ante tempus Chriſti, quam poſt, propter idololatriam, quæ vigebat in toto orbe, paucis valde exceptis. ideo dicitur fuiſſe ante tp̄s Chriſti & non eſſe tpe ipſius, quia non eſt tanta, licet ſint multi mali. ſed tempore Antichriſti erit valde magna, ſm q̄ dr̄ Mat. 24. b. Abundabit iniquitas & refrigeſcet charitas multorū. ideo dicitur, quod aſcenſura eſt de Abyſſo nam Antichriſtus habebit dæmonem priuatum, cuius totaliter ſequetur inſtinctum.

y *Et m. i.* quia videntes potentiam Antichriſti & ſigna mendacii quæ faciet, admirabuntur & ipſum ſequentur, exceptis electis. ideo ſequitur, *Quo. n. ſ. ſ. no. in li. u.*

d *Et r. ſ.* hoc refertur ad terminos ſeu ad tempora, in quib. fuit & erit iniquitas ſeu malicia. quorū primū fuit a pctō Adæ uſq; ad diluuium. ſecundum a diluuio vſque ad Abraham. tertium inde vſque ad Moyſen. quartum inde vſque ad Dauid. quintum inde uſque ad Chriſtum. ideo dicitur:

e *Quinque ce.* nam iſti quinque termini tranſierunt.

✲ *Vnus eſt*



A ges, per quos diabolus in puericia regit, quia ipſe fuit cauſa quare corrumperentur. Hi ſunt quinque viri Samaritanæ. In iuuenta ſuccedit error, nam poſtquam diſcretionem habet, & ſi peccat, iam non ſenſibus. ſed errori imputatur. de quo dominus: Quem nunc habes, non eſt tuus uir.

Ioan. 4. c

a *De ſeptem eſt.* Quia ſimiliter peccat, & ſimiliter punietur. & octaua, quia omnes tranſcendit, & in nequitia & in pœna.

b *Populi ſunt & Gentes & linguæ:* id eſt præſentes mali ex omni diuerſitate hominum collecti.

c *Deſolatam facient.* Solatium diaboli eſt perditio malorum, quos perdet completo numero impiorum.

d *Et nudam.* Diabolus habet poteſtatem faciendi ſigna ad decipiendum, hanc perdet completo numero bonorum, quia poſtea tentatio non habebit locum.

e *Carnes.* Fornicariæ manducare dicuntur, quia in inferendis pęnis delectabuntur.

f *Igne com.* id eſt tormentabuntur pro delectationibus eius, quas ſecuti ſunt

g *Conſumentur.* De promiſſione præmiorum vel pęnarum.

unus eſt, & alius nondum uenit. Et cum uenerit, oportet illum breue tempus manere. Et beſtia, quæ erat & non eſt, & ipſa octaua eſt, & de ſeptem eſt, & in interitum uadet. Et decem cornua, quę uidiſti, decem reges ſunt, qui regnum nondum acceperunt, ſed poteſtatem tanquam reges una hora accipiet † poſt beſtiam. Hi unum conſilium habent, & uirtutem & poteſtatem ſuam beſtiæ tradent. Hi cum agno pugnabunt, & agnus uincet illos, † quoniam dominus dominorū eſt, & rex regum, & qui cū illo ſunt, uocati & electi & fideles. Et dixit mihi: Aquæ, quas uidiſti, ubi meretrix ſedet, populi ſunt & gentes & linguæ, & decem cornua, quę uidiſti in beſtia, hi odiēt fornicariam, & deſolatam facient illam, & nudam, & carnes eius manducabunt, & ipſam igne concremabunt. Deus enim dedit in corda eorum, ut faciant quod placitum eſt illi: *ut dent regnum ſuum beſtię donec conſummentur uerba Dei. Et mulier, quam uidiſti, eſt ciuitas magna, quæ habet regnum ſuper reges terræ.

¶ .i. in matura ætate error. ¶ Antichriſtus qui maxime facit peccare. ¶ Sed non eſt timendus, quia. ¶ Antichriſtus. ¶ Tempore Antichriſti, ut Daniel dicit, Erunt decem regna, quorum reges in cornibus notantur. ¶ Non vere reges, ſed tyranni. ¶ Ideo non timeatis. ¶ A capite ſui ſecundi ituri. ¶ Negandi Chriſtum, credendi in Antichriſtum. ¶ Quam habent in ſe. ¶ Quam ſuper alios habebunt. ¶ Quia illi omnia attribuent. ¶ Verbo & opere, ut fideles ſibi ſubtrahant. ¶ Faciendo ſuos conſtantes & damnando eos in ſuo capite. ¶ Vtens malis ad vtilitatem fidelium. ¶ Et ideo reges uincet. ¶ Per prædicatores. ¶ Ab æterno. ¶ Exequentes opera. ¶ .i. Antichriſtus iam regnat per myſterium. ¶ Et ideo non debetis ei conformari, quia ipſi, qui modo adhærent ei, quandoque dolebunt. ¶ Quia cum ipſis & pro peccatis eorum punietur diabolus. ¶ Et merito malis meritis ſuis excæcauit eos Deus. ¶ Scilicet. ¶ .i. permittant ſe regi à diabolo. ¶ Opere cōpleantur ¶ Boni & mali promiſſa recipient. ¶ .i. multitudo malorum. ¶ Quia maxime ſuperbiunt ipſi reges.

† cum beſtia.

† 1. Ti. 6. c

* ut unam faciant uoluntatem,

## NIC. DE LYRA.

❡ *pti dominio Turciæ ſubiugati.*

a Vnus eſt. *ſ. dominans in Iudæa & Syria & iſte eſt rex Turciæ, qui dicitur hic ſextum caput beſtiæ.*

b Et alius. *id eſt rex Aegypti, qui dicitur hic caput ſeptimum.*

c Nondum uenit. *Ad recuperandum de manu Turcorum Iudæam.*

B d Et cum uenerit. *Debilitatis Turcis.*

e Oportet illum breue tempus manere. *Quia Ieruſalem a Turcis ablatam non tenuit rex Aegypti niſi per annum, ut dicunt hiſtoriographi prædicti.*

f Et beſtia quæ erat & non eſt. *i. rex Aegypti ut expoſitum eſt.*

g Et ipſa octa. eſt. *cum ſeptem capitibus prædictis.*

h Et de ſeptem eſt. *id eſt ſeptem capitibus eſt enim caput ſeptimum, ut dictum eſt, & ſic computatur bis, eo quod Ieruſalem bis obtinuit. ſicut Carolus magnus dicitur angelus quintus ratione regni Francorum, & ſextus propter adeptum imperium.*

Cap. præce.

i Et in inte. uadet. *Quia pluries fuit debellatus per Chriſtianos, ut dicunt epiſcopi, ſupra memorati.*

k Et de cor. quæ ui. decem reges ſunt. *i. principes ſub rege Aegypti.*

m Qui regnum, *i. poteſtatem.*

n Nondum acce. ab eo. *ſed poteſtatem tanquam reges, quia non fuerunt reges ſimpliciter, ſed rectores acierum exercitus regis Aegypti.*

o Vna hora accipient. *i. illo tēpore, quo fuit ordinatū de illo exercitu*

p Poſt beſtiam. *id eſt ſub rege Aegypti, qui beſtia nominatur, vt dictum eſt. & ly poſt, hoc non dicit hic ordinem temporis, ſed ſubiectionis.*

q Hi unum conſilium habent: *Pugnandi contra Chriſtianos pro rege Aegypti. ideo ſubditur:*

r Et uirtutem & poteſtatem ſuam beſtiæ tradent, *eam exponendo pro rege Aegypti.*

s Hi cum agno pugnabunt. *in membris ſuis. ſ. Godfredi de Buillion, & alijs principibus & bellatoribus Chriſtianis.*

t Et agnus uincet illos. *Nam Aegyptij fuerunt per Chriſtianos pluries debellati.*

v Quoniam dominus dominorum eſt, & rex regum. *& ſic nullus poteſt ei reſiſtere.*

x Et qui cum illo ſunt. *per fidem charitate formatam vſque ad mortem ſtabiles.*

y Vocati & electi. *Ad gloriam.*

z Et fideles. *In præſenti per gratiam.*

a Et dixit. *Hic exponit parabolam quantum ad regnum Turcæ ſpecialiter.*

b Aquæ quas uidiſt. ubi meretrix ſedet. *id eſt. Turciæ regnum, ut dictum eſt ſupra.* C

c Populi ſunt & Gentes & linguæ. *Quia regnum Turcię ſubiecit ſibi Syriam & Iudæam & Orientales populos pro maiori parte.*

d Et decem cornua, quæ uidiſti in beſtia. *id eſt decem principes exercitus regis Aegypti, vt dictum eſt.*

e Hi odient fornicariam. *id eſt regnum Turciæ. inter Aegyptios enim & Turcos erat odium. primo propter diſſenſionem eorum in ſuperſtitionibus ſuis de lege. ſecundo quia Turci abſtulerant ab Aegyptijs Syriam & Iudæam.*

Turci Aegyptijs odioſi

f Et deſolatam facient illam & nudam. *Primo per Chriſtianos, quibus in obſidione Antiochiæ exiſtentibus, Calypha Aegyptius miſit ſalutationes & munera, eo quod aduerſarios eius impugnabant, & ſic Chriſtianorum exercitum confortauit contra Turcos, vt ſcribitur in hiſtoria Ieroſolymitana. Secundo per ſeipſos, quia debellatis Turcis in partibus Antiochenis, Aegyptij expulerunt eos de Ieruſalem, & de Iudæa, ut dictum eſt ſupra.*

g Et carnes eius manducabunt. *Methaphorica eſt locutio. ſicut dicitur de vſurario quod comedit illum, cuius bona ſurripit per per uſuram.*

h Et ipſam igne concremabunt. *Nam aliquos Turcos in fortalicijs exiſtentes ſimul cum eis combuſſerunt.*

i Deus enim dedit in corda eorum, ut faciant quod placitum eſt illi. *Licet Deus non ſit actor mali culpæ, eſt tamen actor mali pœnæ, & ſic Turcos per Aegyptios puniuit.*

k Vt dent regnum ſuum beſtiæ. *Id eſt ut recuperent regnum Iudææ regi Aegypti, quod poſſederat per multos annos ante Turcos.*

l Donec conſum. ue. d. *De recuperatione terræ ſanctæ per exercitum Chriſtianum. quod factum fuit quaſi per annum poſtquam Aegyptij expulerant inde Turcos, ut dictum eſt ſupra.* D

m Et mulier, quam uidi. eſt ciuitas ma. *i. Turcorum multitudo valde numeroſa.*

n Quæ habet regnum ſuper reges terrę. *Nam plures reges ſibi ſubiecit in partibus orientis, ut prædictum eſt.*

## MORALITER.

✲ a *Vnus eſt.* ſ. terminus uel tempus Chriſti.

b *Et alius non ue.* Scilicet terminus Antichriſti.

d *Et cum uene. opo. il. breue. tem. ma.* Quia ſicut dicitur, Dies illi propter electos breuiabuntur. Veruntamen iniquitas erit maxima intenſiue, & iniquorum multitudine, intantum quod poterit æquiparari ille terminus duob. ideo dr̄:

Mat. 24. b

f *Et beſt. quæ er. & non eſt, & i. oct. eſt, & de ſe. eſt.* Quia unus terminus computatur pro duobus.

i *Et in int. u.* Nā in finali iudicio oīs malicia retrudetur in inferno.

k *Et decem cornua, quæ uidiſti.* Per quæ ſignificantur omnes modi perſecutionis decalogi, ſicut prædictum eſt.

l *Decem reges ſunt qui reg. nondum acce.* ſ. quantum ad ſuam maximam poteſtatem, quia licet modi perſequendi iuſticiam, qui in decalogo continentur, multum inualuerunt, tamen Antichriſti tempore erunt in ſua maxima poteſtate.

q *Hi unum conſilium ha.* ſ. impugnandi iuſticiam modo prædicto.

r *Et uir. & pote. ſuam be. tra.* Seruiendo iniuſticiæ & iniquitati ad iniquitatem.

s *Hi cum agno pugnabunt.* Fidem Chriſti quantum poterunt impugnando.

t *Et agnus uincet illos.* Aliquos ipſorum ſimpliciter damnando, & aliquos per fidem ſibi ſubiugando. De quibus ſubditur,

e *Hi odient fornicariam.* Id eſt iniquitatem quantum dilexerant eam prius vel amplius.

f *Et deſolatam facient illam & nudam.* Id eſt deſolationem eius futuram denunciabunt conſtanter contra uitia prædicando.

Aquæ



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

## GLOS. ORDI. CAP. XVIII.

E Et po.hæc ui. In hac ſexta viſione agit de vltimis pœnis, quas patient impij in inferno pro ſingulis peccatis. & primũ de Babylone oñdit, poſtea de beſtia & pſeudo ꝓphetis, tandẽ de ipſo diabolo in quo finis patet, in quo damnato erit finis. Iſtam damnationem executurus a Chriſto prædicatã eſſe dicit, vt maior ei fides habeatur.

*b Cecidit ce.* Bis pro duplici damnatione, animæ & corporis: vel quia ęternaliter punientur.

*c Spiritus imm.* Demones in prauis cordibus pro carnis illecebris ſunt immũdi, pro mentis elatione volucres, vel quia per hunc aera diſcurrunt.

*d De u.* i. de peccatis, per quæ acquirũtur diuitiæ: quia omnis diues, vel iniquus, vel hæres iniqui.

†Iſa.21.c Iere.51.a Sop.14.b *e Et au.* Dicens futurã illã dãnationẽ ad p̃ſentes, ſupponit admonitionem.

*f Exite.* quia modicum tempus ſupereſt, quo pro merito accipient.

*g Quoniam per p.* Pctã ꝑuenjũt vſq; ad contẽptum Dei per impœnitentiam.

*h Reddite il.* Sicut vindictã meã de vobis, qui purgabimini, exercuit, ſic vos iniuriam meam vindicate in illis.

*i Duplicate du.* i. animæ & corpori maiores pœnas inferte quàm ipſi uobis.

*k Quantum gl.* Quia alii plus, alii minus, cauſa diſcretionis huius repetit quod dixerat ſuperius.

*l Et uidua non ſum.* quia habeo conſolationem in temporalibus.

*m Mors.* Abſentia vitæ. i. Dei, quia prę ſentia eius uita eſt.

*Et fle.*

## NICO. DE LYRA. CAP. XVIII.

F Et poſt hæc ui. *Deſcripta Saracenorũ utilitate ſub metaphora meretricis & beſtiæ: hic conſequenter deſcribitur probitas Chriſtianorũ ſub angelica ſimilitudine. & primo q̃tum ad uiros eccleſiaſticos, ſecundo q̃tum ad principes laicos, ibi: Et ſuſtulit vnus angelus. Prima in duas ſecũdũ duas notabiles pſonas: ſcda, ibi: Et audiui aliã vocẽ. Circa primum dicitur:* Diuiſio

a Et poſt hæc ui. al an. *i. Ademarũ Podienſem epm Angelicæ mundiciæ virum, qui in exercitu principum occidentalium & aliorum Chriſtianorum ſuſcepit legationis officium ad directionem exercitus Chriſtiani.*

b Deſcendentem de c. *i. procedentem a ſublimitate ſedis apoſtolicæ.*

c Habentem po.m. *in ſpiritualibus, maxime tanquam legatus miſſus a latere.*

d Et ter. *i. exercitus Chriſtianus.*

e Illumi.e.a g.e. *i. ex eius uita et doctrina.*

f Et ex.in.for.di. *prædicãs verbo & opere.*

g Cecidit ce.Ba.ma. *i. gens Saracenica. & dicit bis, cecidit: quia primo per Chriſtianos fuerunt debellati Turci, poſtea uero Aegyptii, vt habetur in hiſtoria frequenter ſuperius nominata. hunc autem Saracenorum caſum denunciabat dictus epiſcopus Chriſtianis, ſi tamen viriliter agerent de Dei adiutorio confidentes.*

h Et fac.eſt ha.dæ. *quantum ad occiſos, qui perierunt in anima & corpore. & quantum ad fugitiuos, qui uiſa Dei vindicta remanſerunt tamen obſtinati in ſua infidelitate, & ſic a dæmonibus fuerũt magis poſſeſſi quàm ante. qui dæmones per uolucres & ſpiritus immundos deſignantur. Et huius punitionis cauſa ſubditur:*

i Quia de uino &c. biberunt omnes Gen. *i. multæ. & eſt hyperbolica locutio, ad deſignandum magnam multitudinem Gentium infectarũ perfidia Mahumeti incurrentium per hoc iram Dei.*

k Et re.ter.cum illa for.ſunt. *Multi.n. reges dictam perfidiam receperunt. ſimiliter etiam multi, qui propter temporale lucrum frequentauerunt terram Saracenorum, per hoc deprauati ſunt. Vnde & ego audiui a fratre fide digno, quòd viderat naues impleri de pueris Chriſtianis, quos mercatores emerant a parentibus eorum pauperibus, vt venderent eos Soldano pro magno prætio. qui eos faciebat informari in lege Mahumeti, quia de Chriſtiana nihil adhuc ſciebant, vt adulti facti contra Chriſtianos pugnarent. & ideo ſubditur:* G

## CAP. XVIII.

Et poſt hæc uidi aliũ

¶i. Chriſtum. ¶In carne.

angelum deſcendẽ-

¶De ęqualitate patris.

tem de cælo, ha-

bẽtem poteſtatem

¶Eccleſia. a ¶Pulſis tenebris ignorantię.

magnam, & terra illuminata eſt a

a ¶Glorioſa prædicatione. b ¶Prædicauit. c ¶Quod dixit, effectu non carebit

glória eius. Et exclamauit in fortitu-

dine, dicẽs: †Cecidit cecidit Babylõ

a ¶Et ideo cadet, quia. b ¶Dæmonum collectio.

magna, & facta eſt habitatio dæmo-

a ¶Quod cuſtodit ſe diabolo, uel diabolus cuſtodit eã ſibi.

niorũ, & cuſtodia omnis ſpiritus im

mundi, & cuſtodia oĩs uolucris im-

a ¶i. de fornicatione, pro qua iraſcitur Deus.

mundæ, & odibilis, quia de uino irę

fornicationis eius biberunt omnes

a ¶i. principes ſeculi.

Gentes. Et reges terræ cum illa for-

a ¶i. qui animas ſuas uendunt ambitione ſecularium.

nicati ſunt, & mercatores terræ de

uirtute delitiarum eius diuites facti

a ¶i. diuinam inſpirationem vel Chriſti, uel ſuorum prædicationem.

ſunt. Et audiui aliam uocem de cœ-

a ¶Opera eius ne faciatis.

lo dicentem, exite de illa populus

a ¶Facientibus conſenſum ne præbeatis.

meus, & ne participes ſitis delicto-

a ¶Q.S. diſſimiles eritis in uita, non eritis ſimiles in pœna.

rum eius, & de plagis eius non acci-

piatis. Quoniam peruenerunt pec-

a ¶Quamuis uideretur oblitus, dum permitteret proſperari.

cata eius uſque ad cælum, & recor-

datus eſt dominus iniquitatũ eius.

a ¶Et ideo quia a Deo iam placet uindicta.

Reddite illi ſicut & ipſa reddi-

dit uobis, & duplicate duplicia ſe-

¶Secundum quod ipſi peccauerunt.

a ¶i. ſicut ipſa uobis tormenta intulit, ſic uos illis ueſtro iudicio.

cundum opera eius. In pópulo, quo

miſcuit uobis, miſcete illi duplum.

Quantum glorificauit ſe, & in deli-

¶In corpore.

tiis fuit, tantum date illi tormẽtum

¶In anima.

& luctum. Quia in corde ſuo dicit,

¶Quaſi non mouendo

a ¶Honorem & dignitatem habeo.

Sedeo, ut regina & uidua non ſum,

a ¶Quia non præcauet futura mala.

& luctũm non uidebo. Ideo in una

¶i. in die iudicii.

a ¶Contra hoc quod hic riſerunt.

die uenient plagæ eius, mors & lu-

a ¶Quia Deo, qui eſt refectio, carebunt.

ctus & famẽs, & igni cõburetur, qa

a ¶i. nullis precibus flexibilis.

fortis eſt Deus, qui iudicabit illam.

l Et mercatores terræ. *& patet ex dictis litera.*

m Et audiui aliam uocem. *Hic conſequenter agitur de ſecundo viro notabili eccleſiaſtico, cuius primo ponitur ſancta monitio. ſecundo Gentis Saracenicæ percuſſio, ibi: Reddite illi. tertiò percuſſæ lamentatio, ibi: Et flebunt. Circa primum ſciendum, quòd in exercitu Chriſtiano fuit inter alios quidam ſacerdos deuotus, cui reuelatum fuit a domino, quòd multi de exercitu peccauerunt cum mulieribus Saracenis: propter quod plures Deo permittente in manu Saracenorum ceciderunt, & plures caderent de futuro niſi pœnitentiam agerent, quam fecit exercitus ad exhortationem dicti ſacerdotis. Et boc eſt quòd dicit Iohannes:* Et audiui uocem de cælo: *quia cælitus facta eſt dicta reuelatio:* Diuiſio

n Exite de illa. *id eſt de immundicia Saracenica.*

o Quoniam peruenerunt pecca. eius uſque ad cæl. *id eſt coram Deo ad puniendum.*

p Et recor. eſt do. *In Deum non cadit obliuio, nec per conſequens recordatio proprie, ſed dicitur recordari peccatorum metaphorice, quando ea punit, nam tunc ad modum recordantis ſe habet.* Recordatio dei

q Reddite. *Hic conſequenter deſcribitur percuſſio Saracenorum, quia tunc Chriſtiani tantum & plus eos duxerunt, quantum fuerant ab eis afflicti. ideo dicitur:* Reddite illi &c. *& patet litera. Et ſubditur huius percuſſionis ratio.*

r Quia in corde ſuo dicit. *ſcilicet gens Saracenica ſuperbiendo de ſua potentia.*

s Sedeo ut regina. *ſuper alios populos, & potiſſime ſuper Chriſtianos.* H

t Et uidua non ſum. *Nam gloriabatur in regibus cum ea fornicantibus prædicto modo.*

v Et luctum non uidebo, *quia nimis confidebat in ſua potentia temporali.*

x Ideo in una die. *Id eſt vno tempore.*

y Venient plagæ eius. *& quæ ſint illę ſubditur:*

z Mors. *quantum ad occiſos.*

a Et luctus. *quantum ad fugitiuos.*

b Et fames. *quantum ad obſeſſos.*

c Et igni comburetur. *Nam multi incendio perierunt per ignem poſitum in ciuitatibus & uillis.*

d Quia fortis eſt qui iudicabit il. *i. condemnauit ad hanc pœnam, ſcilicet Deus, cuius non poteſt iudicium impediri.*

¶ Et fle-

## MORALITER.

*a Et poſt hæc uidi alium angelum &c.* Hoc literaliter exponitur de Ademaro epiſcopo Podienſi. Moraliter autem poteſt exponi de quolibet prælato vel doctore, qui per bonam uitam & ſcientiam illuminat eccleſiam, & prædicat conſtanter contra ciuitatem diaboli, quæ eſt congregatio malorum dicens:

*g Cecidit cecidit Babylon.* Et dicitur bis, cecidit. primo pro caſu culpæ, ſecundò pro caſu Gehennæ.

*m Et audiui aliam uocem.* quia prędicator uel doctor non ſolum debet denunciare vilitatem culpæ & magnitudinem pœnæ futuræ ciuitatis diaboli, ſed etiam monere populum, vt fugiat de ea, ne forte inuoluatur eius malis & pœnis futuris, ideo ſubditur:

*n Exite de illa populus meus, & ne participes ſitis delictorum eius, et.* Et exprimuntur in ſpeciali principes, cum dicitur.

*Et plangent*



*a Et fle. &c.* Contra hi gaudium perpetuum habent.

A *b Reges ter.* Vel illi, qui bene rexerunt terrenitatem ſuam & aliquando tamen fornicati ſunt cum iſta dolebunt, quod nunquam ſimiles illis fuerunt.

*c Cum uide. ſu. incen. &c.* Cum defecerint diuitiæ, quod eſt ſignum æterni incendii iudicii. Vel cũ viderint pœnam exaltatam ultra modum.

*d Et negocia. terr. fleb.* Quia illa perire dolebunt, in quibus ſuam deputabãt proſperitatem.

*e Auri & argen. & lap. preci. & marg. & byſ. &c.* Per aurum ſapientia, argento diuina eloquia, Chriſtus in lapide precioſo ſignificatur: apoſtoli in margaritis: in byſſo candido, ſanctorum iuſtificationes: in purpura, martyriũ: in ſerico, virginitas: in cocco rubeo, charitas: in ligno thino imputribili, conſtantia indeficiens: in ebore, virtutum pulchritudo: in ære, fortitudo & longanimitas: in ferro, ſublimitatis acumen: in marmore, inuicta humilitas. Hæc habere ſe ſimulant reprobi, & dolent cum deficit quod in eis intelligitur. In auro mundana ſapientia, in argento facundia, in lapide p̃cioſo & margaritis, pſeudo prophetas accipimus & hæreſiarchas. In byſſo ſimulata iuſticia, in purpura martyres hæreticorum, in ſerico integritas carnis ad operimentum corruptę mẽtis, in cocco crudelitas ſimulatione charitatis palliata, in ligno thino mẽtis obſtinatio ſimulans conſtantiam, in ebore ſimulata virtutum pulchritudo, in ære pro fide recta firma perfidiæ prædicatio, in ferro deceptionis acumen, in marmore ſimulatæ ſubiectionis fortitudo, in odoramentis pigmentorum & thure orationes ſanctorum figurantur, quas imitatur in orationibus uana ſedulitas hæreticorum. Per vnguentum diuinitas incarnata, quod ſub falſa lenitate pſeudo Chriſtianorum aſperitas imitatur. Et iſta ſubtracta deflent reprobi ſicut hęretici mortem Arrij. Similem & triticum amiſiſſe ſe ſimulant, cum zizania & paleas amiſerunt. Iumenta electos ſignificant, qui cum Pſalmiſta dicunt: Vt iumẽtum factus ſum apud te. Oues, ſanctos, quibus dicitur: Ecce ego mitto uos ſicut oues in medio luporum. Per equos & rhedas prædicatores accipe iuxta Eliſeum dicentem Pater mi, currus Iſrael & auriga eius. Per mancipia electi, qui ſeruituti Dei ſubiiciuntur. Reprobi dolent ſe amiſiſſe iumenta, equos & rhedas. i. illos quos fortes deputant ad aliorum portanda onera, cum debiles ad oẽ opus bonũ amiſerũt, poma virtutes ſctõrũ ſunt. Et pars beſtiæ oĩa ſe hr̃e ſimulãt

†cedrinũ B Pſ.72.d Matt.10.b 4.Reg.2.b

*f Cinnamomum.* In cinnamomo odor virtutum, quas ſimulant.

*g Similæ & tri.* Carnis Chriſti, qua fideles uere ſatiantur, reprobi irritãtur.

*h Mancipiorum & animarum.* Diſtinguit, quia quidam fiunt ſerui tantum corpore, ut Ioſeph: quidam etiam animo, ut ſi Aegyptius venditus Iudæo ritu eorum circuncidatur, uel paganorum idola colat. †fumum

*Exultate ſu-*

a ¶i. dolorem in animo patientur. b ¶Dolorem corporis oſtendent:

Et flebunt & plangent ſe ſuper il-

a ¶Qui in illa fuerunt fundati. b ¶i. principes ſeculi.

lam reges terræ, qui cum illa forni-

cati ſunt, & in delitiis uixerunt, cum

uiderint fumum incendii eius, lon-

a ¶Voluntate. b ¶i. quia uellent fugere ſi poſſent.

ge ſtantes propter timorem tormen

¶In anima & in corpore.

torum eius, dicentes: † Væ uæ ciui-

¶Collectio malorum.

tas illa magna Babylon, ciuitas illa

fortis, quoniam una hora uenit iu-

a ¶Vel ad literam, uel pro terrenis animas dantes

dicium tuum. Et negociatores terræ

flebunt & lugebunt ſuper illam, quo

¶Quæ ad ſenſus corporis pertinent, perire dolebunt.

niam merces eorũ nemo emet am-

plius, merces auri, & argenti, & la-

pidis precioſi, & margaritæ, & byſ-

ſi, & purpuræ, & ſerici, cocci, & om-

a ¶Subaud, & nemo emet.

ne lignum † thinum, & omnia ua-

ſa eboris, & omnia uaſa de lapide

precioſo, & æramento, & ferro, &

¶Et nemo emet.

marmore, & cynnamomum, & a-

momum, & odoramentorum & un

¶Noui Teſtamenti quod inebriat. a ¶Vnctio ſpiritusſancti

guentorum, & thuris: & uini, & olei,

a ¶Et nemo emet merorem.

& ſimilæ, et tritici, et iumentorum,

¶Quia eadem ſacramenta percipiunt.

et equorum, et rhedarum et manci-

piorum & animarum hominum,

a ¶Quia etiam pro minimis ſi immoderate haberent, damnabuntur.

& poma deſiderij animæ tuæ de-

a ¶In pinguibus animę ſagina intelliguntur.

ceſſerunt a te: & omnia pinguia &

præclara perierunt a te. Et amplius

illa iam non inuenient mercatores

¶Hominum

horum. Qui diuites facti ſunt ab ea

ciuitate, longe ſtabunt propter ti-

morem tormentorum eius, flentes

& lugentes ac dicentes: † Væ uæ ci-

uitas illa magna, q̃ amicta erat byſ-

ſo & purpura & cocco, & deaurata

eſt auro & lapide precioſo & mar-

garitis, quoniam una hora deſtitu-

¶i. aliquid certi deſiderant habere, vt epiſcopatum aliqui.

tæ ſunt tantæ diuitiæ. Et omnis gu-

bernator, & omnes, qui in lacum na

uigant, & nautæ, qui in mari operan

tur, longe ſteterunt, & clamauerunt

uidentes † locum incendii eius dicen

tes, Quę ſimilis ciuitati huic magnę?

a ¶i. conſcientiam terrenorum. b ¶Super mentes, uel per ſimulationem pœnitentis.

& miſerũt puluerẽ ſuper capita ſua,

& clamauerunt flentes & lugentes,

dicentes: Væ uæ ciuitas illa magna,

a ¶Vel ad literam omnia iſta viſa de diuitiis ſunt.

in qua diuites facti ſunt omnes, qui

habebant naues in mari de preciis

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et flebunt & plangent ſe ſu. ill. reg. ter. *Hic conſequenter ponitur dictæ Gentis percuſſæ lamentatio. & primo regum, ſecundo mercatorum, ibi: Et negociatores terræ flebunt. tertio nautarum, ibi: Et omnis gubernator. Circa primum ſciendum, quod ſicut dictum eſt ibi, multi reges in partibus orientis receperant legem Mahumeti, ad quos non peruenit exercitus Chriſtianorum, qui feſtinabat uerſus Ieruſalem. & ideo dicti reges dolebant de Saracenorum interfectione, quos non audebant nec poterant adiuuare. & hoc eſt quod dicitur,* Et flebunt & plangent ſe ſuper illam reges. *Et patet litera uſque ibi:* C

b Cum uiderint fumum incendii eius, *id eſt cognouerunt certa relatione. Viſus .n. propter ſui certitudinem frequenter ponitur pro alijs ſenſibus, Exo. xx. c. Populus uidebat voces. & etiam pro cognitione intellectus. Vnde communiter dicitur, Vides tu hoc? id eſt intelligis.*

c Longe ſtantes propter timorem tor. eius, dicentes. *Plures enim de regibus oriẽtis timebant dare ſubſidium illis, qui erant in partibus Antiochenis, quas inuaſerat exercitus Chriſtianus, ne pœnam ſimilem paterentur.* †Iere.51.a

d Ciuitas illa magna Babylon. *Id eſt gens Saracenica nomine Babylonis ſignificata, ut dictum eſt ſupra.*

e Ciuitas illa fortis. *Propter multitudinẽ bellatorum & diuitiarum.*

f Quoniam una hora. *id eſt breui tempore.*

g Venit iu. tuum. *id eſt punitio tua.*

h Et negoci. *Hic conſequenter ponitur lamentatio mercatorum, qui in terra Saracenorum exercebant mercationes multas & magnas, uendendo, quæ aliunde apportabãt & emendo, quæ inde alibi deferebant, et ſic dupliciter lucrabantur. propter quod dolebant de uaſtatione terræ, qui non poterant ibi talia exercere. Et patet litera paucis exceptis, quæ diſcurrentur.*

i Et byſſi. *i. lini candidiſſimi.*

k Et cocci. *i. tincturæ rubeæ.*

l Et omne lignum thinum. *Quod eſt ualde album & ſpinoſum creſcens in Ophir, & inde fecit Salomon citharas & lyras cantatoribus.* D 3.Reg.10.c

m Et cinnamomum. *Et inde traxit nomen.*

n Et amomum. *Species eſt aromatica redolens.*

o Et manci. *i. ſeruorum.*

p Et animarum hominum. *redimendo nobiles a Saracenis captos. nam inde habebant mercatores emolumentum magnum. Et accipiuntur hic animæ pro hominibus, denominando totum a parte digniori, ſicut Exo. i. a. Omnes animæ, quæ egreſſæ ſunt de femore Iacob &c.*

q Et poma deſiderii a. *id eſt fructus deſiderabiles.*

r Et omnia pinguia. *id eſt omnes diuitiæ, ſicut homo diues dicitur pinguis metaphorice.*

s Quæ ami. erat biſſo. *id eſt plena talibus precioſis.* †Iere.51.a

t Et omnis gubernator. *Hic deſcribitur lamentatio nautarum. nam in terra Saracenis occupata erant multi portus magni & boni, in quibus applicabant nautæ, apportantes ex terris alienis bona uenalia, & inde reportantes alia, & ſic lucra duplicia reportabant, propter quod de vaſtatione terræ & portuum dolebant. Et patet litera uſque ibi:*

¶ Exultate

## MORALITER.

*a Et plangent ſe ſuper illam reges terræ, qui cum il. fornica. ſunt & in delit.* Sub quibus intelliguntur milites & terrarum rectores.

*b Et negociatores ter. ſ.* Sub quibus intelliguntur manu artifices, in mari uel terra de negociatione viuentes, ut proſequitur litera ſatis diffuſe. per quod inſinuatur, q̃ prædicatio debet eſſe communis.



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a Exultate ſu. e. Poſtq̃ prædixit hæc dã nationem futuram impiis, monet bonos exultare, ut concordent diuino iudicio. vel quia his damnatis ſequitur eorum remuneratio.

b Et ſuſtu. Eleuat Deus malos vt grauius puniat, uel ò ruant.

c Lapidem qua. mo. Ad literam etiam omnia iſta vita ſunt.

d Hoc im. Poſtq̃ deſcriptæ ſunt ſingulæ pœnæ, oñdit ſibi mod⁹ dãnationis, Q. qd vidi p̃dictũ, vidi ẽt iã impletũ. i. ſicut vides in hac figura. vel q̃to plus exaltati ſunt, tanto grauius cadent. †Hiere. 51. c

e Mercatores, quia illi dantes animas pro terrenis, nimiã poteſtatem exercuerunt, quod iam pati non poſſunt.

f Et in ea ſ. Nunc ad ipſam Babylonẽ loquitur de ſuo caſu, quaſi condolẽs miſeriæ eius, nunc ad auditores conuertitur, vt fideles exhortetur.

## NIC. DE LYRA.

¶ a Exultate ſu. e. *ubi per oppoſitum deſcribitur exultatio Chriſtianorum, quia per hoc facta eſt vindicta de Chriſtianis per Saracenos afflictis, captis & occiſis. Exul. ſu. e. c. i. eccleſia militans.*

b Et ſan. ap. *i. epiſcopi, qui ſunt ſucceſſores apoſtolorum.*

c Et prop. *i. doctores eccleſiæ.*

d Quoniam iu. Deus iu. ue. *i. punitionem pro malis vobis illatis. plures enim epiſcopi, doctores & fideles alij per Saracenos fuerãt multipliciter afflicti & occiſi.*

Diuiſio

e Et ſu. *Hic conſequenter deſcribitur Chriſtianorum probitas quantum ad principes laicos, & primo tempore Godfredi primi regis. ſcdo t p̃e Balduini ſibi ſuccedentis ſe. ca. Prima adhuc in duas partes: quia primo deſcribitur Chriſtianorum victoria. ſcdo conſurgens ex hoc lætitia. in prin. cap. ſe. ibi:* Et uidi oſtium apertum. *Circa primum ſciendũ, quod ca-* (Chriſtianorum victoria) F

eius, quoniã una hora deſolata eſt. Exultate ſuper eam cœli & ſancti apoſtoli & prophetæ, quoniã iudicauit Deus iudicium ueſtrum de illa. Et ſuſtulit un⁹ angelus fortis lapidẽ quaſi molarem magnũ, & miſit ĩ mare, dicens: †Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna, & ultra iam non inuenietur. Et uox citharœdorũ, & muſicorum & tibia canẽtium, & tuba non audietur in te amplius, & ois artifex, omniſq; ars non inuenietur in te amplius. Et uox molæ non audietur in te amplius. Et lux lucernæ nõ lucebit ĩ te ampli⁹. Et uox ſpõſi & ſponſæ nõ audietur adhuc in te: quia mercatores tui erant principes terræ, quia ĩ ueneficiis tuis errauerũt omnes Gentes. Et in ea ſanguis prophetarum & ſanctorum inuẽtus eſt, & omniũ, qui interfecti ſunt in terra

a ¶Conſcii ſecretorum Dei. b ¶Per patres.
a ¶Vt illa damnauit uos iniuſte, damnabitur iuſte.
a ¶Chriſtus. b ¶Quia aereas poteſtates deiicit.
a ¶Quia per mundana uoluuntur. b ¶Dura corda habentes. c ¶i. in infernum.
a ¶i. in infernum iam.
a ¶Sicut quidam hæretici putant.
a ¶Quantum ad practicam. b ¶Quantum ad theoricam. c ¶Hinc eſt argumentum, q̃ dãnati obliti ſcãtur ſcẽtiæ acq̃ſitæ.
a ¶Ibi non exquirentur delicatiſſimi panes. b ¶Et per hoc remouetur delectabi e guſtus.
a ¶Quo ad uiſum.
a ¶i. lætitia nuptiarum.
a ¶Quo ad auditum.
a ¶Ideo. b ¶A. i. ad literam, vel in ueneficis perſuaſionibus. c ¶Hoc quantum ad concupiſcibilem.
a ¶Hoc quantum ad rationalem. b ¶i. maleficiis i. malis perſuaſionibus, quibus alios errare fecisti.
a ¶Quidam de omnibus. b ¶Et ideo iterum, quia. c ¶Vindicati ſanguinis.
a ¶Si malus malum occidit, occiſori nõ excuſat nequitia occiſi.

G

*q captã Ieruſalẽ p Chriſtianos, & Saracenis ibidẽ occiſis p maiori parte & alijs eiectis, principes & exercitus Chriſtiani inſtituerunt Godfredum ducem Lothoringiæ regem ad cuſtodiendum terram recuperatam & acquiſitam. Et tunc Soldanus Aegypti cum magno exercitu venit ad debellandum regẽ inſtitutũ, q ſibi occurrens cũ paruo exercitu reſpectiue, q̃a multi Chriſtiani repatriauerant, & cæſis octo milibus paganorum compulit eos fugere, & in porta Aſcalonis ſuffocati ſunt vſque ad duo milia: & multi ualde inter ſpineta etiam in mari fugientes perierunt, quorum numerus ignoratur. & hoc eſt quod dicitur:* Et ſuſtulit u. an. fo. *i. Godfredus rex primus.*

f La. q. m. *i. exercitũ fortẽ & conſtantem.*

g Et mi. in ma. *i. in exercitum Saracenorum, qui dicitur mare hic, tũ quia per mare venerat, tũ quia ibi multitudo maxima populi erat, quæ per mare deſignatur in quo ſunt aquæ multæ. ſecundum quod dicitur ca. præc. Aquæ multæ populi multi.*

h Dicẽs. h. &c. Ba. *i. Saracenorum exercitus, qui fuit ibi valde confuſus.*

i Et uox ci. *nam in triſticiam verſa fuit eorum læticia.*

k Et o. arti. *Nam illi, qui venerunt ad faciendum machinas pro Chriſtianorum deſtructione, fugerunt cum magna confuſione, & ſimiliter alij, qui venerant pro ciborum præparatione. ideo ſubditur:* Et uox mo.

l Et uox ſp. & ſp. *q. d. non erit inter eos materia gaudij, ſed luctus & ſubditur cauſa cum dicitur:*

m Quia m. t. *haurĩẽtes bona aliarũ Gentium*

n Erãt p. t. *i. ſuper Gentes alias eleuati per ſuperbiam, & ſubditur alia cauſa,*

o Quia in u. t. er. *multi. n. populi videntes Saracenorũ proſperitatẽ palã receperũt eorũ legẽ erroneã, & iterũ ſubditur tertia cã:*

p Et i ea ſ. p. *Nã multi doctores & fideles Chriſtiani a Saracenis fuerunt interfecti.* H

## GLOS. ORDIN. CAP. XIX.

Sed h a. q. u. i. dãnationẽ malorũ uidet ꝓpletã, ſicut a Xpo audierat ꝓpledã, mõ ſubiũgit, q̃ ẽ iſta dãnatione ſcti exultant ſicut moniti erant ad exultandum in verſu illo, Exultate ſuper eam cæli. per quod multo grauior intelligitur pœna malorum. Sup. 18. f

b Alleluia. Iõ dicimus alla, q laus eſt Deo nr̃o, & q̃a talia nobis fecit. vnde antonomaſice eũ laudare debemus.

c Et tec. vi. Non minore ſcti ſolũmõ de hac dãnatione laudauerũt Deum ſed etiã illi maiores, q in eccleſia fuerunt iudices & doctores aliorum. †Sup. 6 c

d Amen. Et uere laudãdus eſt de hoc quod inimicos noſtros ita punit.

e Et u. d. Dicta dãnatione malorũ & exulta-

## NIC. DE LYRA. CAP. XIX

Poſt hæc a. *Deſcripta Chriſtianorũ victoria, hic conſequenter deſcribitur vniuerſalis eccleſiæ lætitia. & diuiditur ĩ duas p̃tes, q̃a p̃io deſcribitur hæc exultatio, ſcdo B. Iohãnis gratiarũ actio ibi:* Et dixit mihi. *Circa primum dicitur:* Diuiſio

a Poſt hæc au. qua. uo. ma. *i. gratiarum actionem.*

b In cæ. *militantis eccleſiæ de tanta Saracenorum deiectione, & Chriſtianorum ſubleuatione: & etiam in cælo triumphantis eccleſiæ, in qua ſancti gaudent & gratias agunt Deo de beneficijs in terra fidelium collatis.*

c Dicentium al. *duæ dictiones ſunt in Hebræo, nam alle. idem eſt quod laudate. lu. nomen, ia. domini.*

d Laus & g. *nam dicta victoria eſt Deo attribuenda.*

## CAP. XIX.

Poſt hæc audiui quaſi uocem magnam tubarum multarũ in cœlo dicentium, alleluia: Laus & gloria & uirtus Deo noſtro, quia uera & iuſta iudicia ei⁹ ſunt, qui iudicauit de meretrice magna, † quæ corrupit terram in proſtitutione ſua, & uindicauit ſãguinẽ ſeruorum ſuorum de manibus eius. Et iterum dixerunt, alleluia. † Et fumus eius aſcendit in ſecula ſeculorum. Et ceciderũt uiginti quatuor ſeniores, & quatuor animalia, & adorauerunt Deum ſedẽtem ſuper throno dicentes: amen alleluia. † Et uox de throno exiuit, dicens: Lau- Pſal. 57. b

¶Prædicatorum.
a ¶In eccleſia ſanctorum.
a ¶Laus humanis verbis inexplicabilis. b ¶Immortalitas & impaſſibilitas. c ¶Quia deuicit diabolum.
a ¶Et ideo laus eſt ei. b ¶Dando quod promiſit. b ¶Vnicuique ſecundum merita reddendo.
a ¶Indicio condemnationis. b ¶De malorum cõgregatione.
a ¶i. Ipſi ſeipſos, vel alius alium.
a ¶Quem effundit impia multitudo.
a ¶Requirent eum.
a ¶Per hanc iterationem debemus intelligere laudem æternã.
a ¶Iudicauit & æternaliter puniti ſunt.
a ¶Omnes ſancti iudices. xii. patriarchæ. xii. apoſtoli.
a ¶Verum eſt quod Deus ita glorioſus eſt.
a ¶Admonitio. b ¶i. de illis, in quibus Deus ſedet. c ¶Ad audientiam omnium.

e Quia ue. & iu. *cuius duplex ratio ſubditur: Prima dum dicitur:*

f Qui i. de me. m. *i. de Gente Saracenica quantum ad Turcos ſpecialiter, vt dictum eſt ſupra eam puniendo.* Cap. 17.

g Quæ c. t. *quia multos populos interfecit perfidia Mahumeti. Et conſequenter ponitur ratio ſecunda, cum dicitur:*

h Et uin. *a Turcis & Aegyptijs occiſorũ.*

i Et ite. di. al. *primo pro debellatione Turcorum, & ſecundo pro debellatione Aegyptiorum. Vel aliter. ſ. primo pro deuictis Saracenis. & ſecundo pro recuperatione ſanctæ ciuitatis.*

k Et fu. eius. *ſ. Gentis Saracenicæ.*

l Aſcen. in ſe. ſe. *Nam occiſi deſcenderunt ad ignem gehennæ.*

m Et c. u. ſ. *i. uniuerſæ cathedrales eccleſiæ.*

n Et q. a. *i. quatuor eccleſiæ patriarchales cum prælatis ſuis, vt dictum eſt ſu. ca. iiij.*

o Et ado. Deum. *de tanto beneficio Chriſtianis collato.*

p Et uox de throno. *i. de ſede apoſtolica.*

q Exiuit, dicens. *excitando omnes* ¶ *Chriſtia-* †Sup. 6. a & 14. c

## MORALITER.

a Poſt hæc. Hic deſcribitur laus ſctõrum de ſua euaſione a prædictis malis, & de impletione diuinæ iuſticiæ in damnatis, ſecundum illud, Lætabitur iuſtus cũ vide. &c. & deſcribitur iſta laus quãtum ad eccleſiam triumphantem, & quantũ ad militantem, quæ debet quantum põt triumphanti conformari. ſm qd dicitur in illa proſa: Supernæ matris gaudia, repræſentet eccleſia, quæ ab aliquibus dicitur eſſe B. Greg. ab aliis autem Hugonis de ſancto victore. ideo dicitur,

b Dicentium alleluia pro eccleſia triumphante. & ſubditur poſt:

c Et iterum dixerunt al. pro militante.

Quia

Et cecidi.



exultatione ſanctorum, ſupponit admonitionem ad præſentes. q. d. vidiſtis damnationem, uidiſtis exultationem, modo uos prouidete uobis ad ueſtram ſalutem.

a Puſill. Qui nequeũt altiora penetrare myſteria, nec Dei poſſunt implere conſilium. Vende omnia & ſequere me. Matt. 10. c

b Et aud. qua. vo. Oſtenſa lætitia, quã habebant ſancti de perditione malorum, ſupponit eccleſia aliam læticiam ipſorum, quam de ſaluatione ſua, quam dicturi eſt habebunt.

c Et uxor eius. Et conueniens erat ut un gerentur, quia ipſa eccleſia fecit ſe idoneam, ut reciperetur.

d Et da. eſt il. In hac uita ut ſe poſſet præparare. Alia litera, datũ eſt illi byſſinum ſplendens, candidum dente candido.

e Et cec. ante pe. eius ut ado. eum. Quia maiorem me intellexi & obedire paratus fui, ſic & uos obedite mihi.

f Vide ne fe. In ueteri lege nõ prohibuit ſe adorari, ſed poſt aſcenſionem uidens ſuper ſe exaltatum hominem, ab homine timuit adorari.

g Teſtimonium enim Ie. eſt ſpi. proph. Quidquid prophetæ dixerunt, perhibet Chriſto teſtimonium.

h Et uidi cæ. aper. Dicta damnatione Babylonis, & exultatione, quã inde habebunt ſancti, ſupponit damnationem ipſius Antichriſti et apoſtolorum eius, q̃d eſt ibi: Et apprehenſa eſt beſtia, Et iſti quare damnabuntur? quia pugnauerũt contra Chriſtum quantum potuerunt & tamen Chriſtus bene poterit uincere, qui tantam habet poteſtatem ſecundum diuinitatem, & humanitatem, q̃ nullus poſſit reſiſtere ei & ideo dẽmus eum imitari. Vnde & ipſe admonitionem interponit. Et uidi unum angelũ. Vidi uocatos ad nuptias, uidi etiam & qui poſſunt uenire: nam bonum adiutorem & bonos habent admonitores. Iob 9. b; †Mat. 22. a Luc. 14. d; B

i Equus al. & qui ſedebat ſuper eum & c. i. caro Chriſti portans uerbum Dei ad bellum contra diabolum.

k Sicut flam. ig. Quia comburit uitia, & accendit & illuminat. Hæc omnia ſine reſpectu alicuius, ut tantum notemus qualis ſit & quanta poſſit.

l Verbum Dei. i. ipſe dixit & facta ſunt, per quem omnia pater fecit, & per quem pater mundo ſe annunciauit. Pſal. 32. b

Veſtiti

des dicite Deo noſtro omnes ſanctis eius: et qui timẽtis Deum puſilli & magni. Et audiui quaſi uocem tubæ magnæ, & ſicut uocem aquarum multarum, & ſicut uocem tonitruorum magnorum dicentium, alleluia, quoniam regnauit dominus Deus noſter omnipotens. Gaudeamus, & exultemus, & dẽmus gloriam ei, quia venerunt nuptiæ agni, & uxor eius præparauit ſe. Et datum eſt illi, ut cooperiat ſe byſſino ſplendenti & cãdido. Byſſinum enim iuſtificationes ſanctorum ſunt. Et dixit mihi: Scribe: † Beati, qui ad cœnam nuptiarum agni vocati ſunt. Et dixit mihi: Hæc uerba Dei uera ſunt. Et cecidi ante pedes eius, ut adorarem eum. Et dixit mihi: † Vide ne feceris. Conſeruus tuus ſum, & fratrum tuorum habentium teſtimonium Ieſu. Deum adora. Teſtimonium enim Ieſu eſt ſpiritus prophetiæ. Et uidi cœlum apertum, & ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eum, uocabatur fidelis, & verax, & cum iuſtitia iudicat & pugnat. † Oculi autem eius ſicut flamma ignis, & in capite eius diademata multa, habens nomen ſcriptum, quod nemo nouit niſi ipſe. † Et ueſtitus erat ueſte aſperſa ſanguine, & uocabatur nomen eius, uerbum Dei. Et exercitus, qui ſunt in cœlo, ſequebantur eum,

¶Vel ſerui. a ¶Caſto amore & timore filiali.
a ¶Qui fuerunt tubæ in mundo, nunc exultant in cœlo.
a ¶Quia de multis populis collecti ſunt.
a ¶Quia terrebit impios ſanctorum exultatio.
a ¶Q. Antea regnauerunt impii.
a ¶Beatitudinem animæ habentes.
a ¶In corpore glorificati. b ¶i. nos omnia habere a Deo reputemus.
a ¶Iuncta eſt eccleſia Chriſto.
a ¶Eccleſia ſanctorum in re, quæ prius fuit ſponſa in ſpe.
a ¶Iuſtificationibus. b ¶Quia nullis maculis fuſcatur ſcientia ſanctorum.
¶Loquutus de nuptiis futuris inuitat præſentes ad eas.
a ¶Non mea, ſed ſua uera.
a ¶Ego & tu & omnes fratres tui unum Deum habemus & unum dominum.
a ¶Myſteria reuelata, quod homo poſſit aſcendere cœlum & cognoſcere Deum.
a ¶E quis aperuit iſte.
a ¶i. diuinitas.
a ¶Quia promiſſa implet. b ¶Quia ipſe ueritas eſt & ueraces facit. c ¶Quia vnicuiq; iuſte opera ſua reddit.
a ¶In ſuis contra diabolum. b ¶i. dona ſpirituſſancti, uel charitas.
¶In diuinitate.
a ¶Quia per eam ipſe & ſui coronantur.
¶Deus homo uel Ieſus.
¶Infidelis.
¶Et ſui per eum.
a ¶i. carne paſſa, uel eccleſia, quæ in ſuis martyribus occiditur.
a ¶Id eſt fideles contra diabolum dimicantes.
a ¶In eccleſia. b ¶Imitabantur.

l Byſſinum enim iuſtifi. ſanct. ſunt. *Et patet litera.* C

m Et dixit mi. *Hic conſequenter ſubditur ipſius Iohannis gratiarum actio, & primo cauſa præmittitur, cum dicitur:* Et dixit mihi. *ſcilicet angelus reuelans myſteria diuina Iohanni.*

n Scribe. *Ad futuram memoriam.*

o Beati qui ad cœ. nu. ag. *id eſt ad perceptionem eucharistiæ ſacramenti.*

p Vocati ſunt. *Per fidem charitate formatã.*

q Hæc uer. Dei. *Cuius nuncius erat angelus loquens Iohanni.*

r Vera ſunt. *Nam a Deo nullum falſum procedere poteſt.*

ſ Et ceci. an. pe. eius. *ſcilicet angeli loquentis ad faciendum ſibi reuerentiam. quam tamen angelus renuit, quia poſt incarnationem filij Dei, per quam humana natura aſſumpta eſt a ſuppoſito uerbi, angeli reformidant ſic uenerari a natura humana, quam uident ſuper ſe eleuatam in filio Dei, qui eſt eiuſdem naturæ numero cum patre.*

u Deum ado. *Adoratione latriæ.*

x Teſtimonium enim. Ie. eſt ſpi. pro. *i. omnes prophet. e teſtimonium perhibent Ieſu Chriſto, ſecundum quod dicitur Act. x.*

y Et uidi cę. aper. *Hic conſequenter deſcribitur victoria Chriſtianorum tempore Balduini regis ſecundi, qui ſucceſſit Godfredo fratri ſuo anno domini milleſimo centeſimo. Cuius primo deſcribitur conditio nobilis. ſecundo quædam eius victoria notabilis, ibi:* Et vidi unum angelum. *Circa primum dicitur:* Et uidi cę. aper. *quia Iohanni reuelatum fuit cęlitus, quod erat in Dei præſcientia clauſum.*

z Et ecce equus alb. *i. regnum Ieroſolymitanum decore ſanctitatis dealbatum, ut prædictum eſt.*

a Et qui ſede. ſu. eum. *ſcilicet Balduinus rex inſtitutus.*

b Vocabatur fide. & uer. *Nam ad literam fidelis fuit in factis, & uerax in uerbis.*

c Et cum iuſti. iudi. *Populum ſibi ſubditum.*

d Et pugnat. *Nam rex inſtitutus ſtatim cœpit dilatare nobiliter regnum ſuum per expugnationem Saracenorum.* D

e Oculi au. eius ſicut flam. ignis. *Nam aſpectus eius erat terribilis Saracenis.*

f Et in ca. eius diad. multa. *Nam in terra Philiſthinorum & Tyri & Sidonis plures obtinuit ciuitates, in quibus antiquitus erãt reges.* †infr. 22. b

g Habens no. ſcriptum. *Bona. n. opera ſua quantum poterat celabat a laude humana.*

h Et ueſtitus erat ve. aſper. ſangui. *ſcilicet Saracenorum ab eo occiſorum.*

i Et uoca. nomen eius, uer. Dei. *Nam ad honeſtatem uerbi Dei terram natiuam dimiſit et ultra mare iuit.*

k Et exercitus, qui ſunt in cœlo. *i. templarij et hoſpitalarij, quorum tunc ordines fuerũt inſtituti ad militandum contra aduerſarios Chriſti, ut dicunt expoſitores dicti.*

l Sequebantur eum. *In prælijs.* ¶ In equis

## NIC. DE LYRA.

¶ *Chriſtianos ad laudandum Deum de tãto beneficio relatione certa cognito.*

a Et audi. qua. uo. tu. mag. *id eſt Ieroſolymitani patriarchæ.*

b Et ſicut vocem aqua. multa. *i. populorum multorum gratulantium, ſicut dictum eſt ſupr. Aquæ multæ populi multi.* Cap. 17. d

c Et ſicut uocem toni. magno. dicentium, *i. prædicatorum inducentium alios ad laudandum Deum.*

d Quoniam re. do. no. om. *ſ. Ieſus Chriſtus, qui dicitur tunc in terra ſancta regnaſſe, quando Saracenis deiectis Chriſtiani ſibi ſeruierunt ibidem libere.*

e Gaudeamus. *Mente interiori.*

f Et exultemus, & demus glor. ei. *exteriori. Exultare. n. dictum eſt quaſi extra ſaltare. q̃d fit, quando gaudium cordis manifeſtatur exterius ſenſibilibus ſignis.*

g Quia uene. nu. agni. *Tunc. n. oſtendit ſignũ dilectionis eccleſiæ collectæ in partibus Ieroſolymitanis. ſicut ſponſus reconciliatus ſponſæ.*

h Et uxor eius præparauit ſe. *Ad ſeruiendum ſibi deuote.*

i Et datum eſt il. *A Deo.*

k Vt cooperiat ſe byſſino ſplenden. *Per interiorem ſanctitatem, & exteriorem honeſtatem. quod patet ex hoc, quod ſubditur:* Byſſi-

## MORALITER.

ſ Et cecidi ad pedes eius. Per hoc oſtenditur, q̃ nõ ſolum debet gratia reddi Deo de ſuis beneficijs, ſed etiam ſuis miniſtris, per quos reuelat hominibus ueritatem, uel alia beneficia ſubminiſtrat. †Sup. 1. c. & 2. c

t Et dixit mihi: uide ne feceris. &c. Per hoc arguuntur homines ſuperbi, qui quærunt indebite ab alijs honorari.

y Et vidi cœlum apertum. Hoc literaliter intelligi uidetur de Chriſto per eos, quæ ſequuntur. Moraliter autem poteſt exponi de quolibet eius bono vicario in ſpiritualibus, cuiuſmodi ſunt prælati: uel temporalibus, cuiuſmodi ſunt principes terreni & eorum ſubditi boni: qui parati ſunt eis obedire in licitis & honeſtis. ideo ſubditur: †Iſa. 6.

k Et exercitus eius, qui ſunt & c. in equis al. id eſt in corporibus mundis.

Et ip-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Veſtiti byſſino albo & mu* i.incorporibus mundis,qui ab illicitis refrenantur & ſtimulo charitatis ad bona incitantur.i.ad iuſtitiam.
†Sup.1.d De priuil. &excel.priui.cap.ex ore. †Sup.2.g Pſal.2.b
b *Gladius ex vtraq; parte acu.*i.diuina ſententia incidẽs prauas cogitationes mentis & illicitos motus corporis.uel vetus & nouum Teſtamentum.
c *Reget eas.* Sanctos de uirtute in uirtutem,malos de vitio in vitium.
d *Calcat tor.*i.mortem,quæ ab irato Deo primo homini peccanti illata eſt,reſurgens deſtruxit.*Vel torcular*,tribulatio,quã.ſ.in qua poſitos ſanctos calcat dum ampliat,quam Deus iratus Ade peccanti intulit:furioſus in propagine eius extendit.ſed fiunt uinum in celario Dei ponẽdũ, in quo poſiti non erunt uinum furoris.
e *Et habet in ueſt.* Vel in cordibus fideliũ, qui ſunt ueſtimentum filii, ſcriptum eſt, rex regum.
†Sup.17.d 1.Tim.6.c De ſen.& re iu.ca.fi. in Cle.
f *Et vidi vnum ang.* Oſtẽſa dignitate Chriſti.per quam diabolum expugnare poterit,ſubdit admonitionem de præſenti.q.d ipſi tali adhærere debetis.
g *Omnibus auibus.* Omnibus fidelibus,qui agiles & leues ſunt in promotione bonorum operum.
h *Venite.* Bene operando in eadem fide, non diuerſas hæreſes ſequentes ſicut mali.uel de partibus mundi diuerſis.
i *Et con.&c.* q.d.Multum debetis eſſe ſolliciti,ut ad hanc cœnam uenire poſſitis, quia niſi bene pugnaueritis, diabolo ſuccumbetis,quia multum paratus eſt nocere uobis,cum tamen auxilio Dei ſuperare poteritis.
k *Viui miſſi ſunt.* Antichriſtus & ſui Apoſtoli maiores pęnas patientur quàm alij, ad ſimilitudinem illius,qui uiuus comburitur.
l *Et cæte.*i.ſequaces eorum minori pęna punientur.uel illi, qui erunt cæteri.i.ad eum conuerſi,occiſi mundo,uiuẽt Deo.
m *Et omnes aues.*id eſt omnes ſancti delectati ſunt de pęna illorum & de profectu fratrum.

¶i.Iuſtitia.
a in equis albis ueſtiti byſſino a b
a ¶Profectu uirtutum. b ¶i.de prædicatione.
albo et mũdo, † et de ore ipſius c
b procedit gladius ex utraque par
a ¶Quoſdam ad mortem,quoſdam ad uitam.
te acutus, ut in ipſo percũtiat
c Gentes. † Et ipſe reget eas in d
a ¶i.inflexibili iuſtitia.
d uirga ferrea, et ipſe calcat tor- e
a ¶Furor continuatione iræ.
cular uini furoris iræ Dei omni-
a ¶i.In humanitate.
e potentis. Et habet in ueſtimen- f
a ¶Vt denotet ſe de uera progenie priorum patrum fuiſſe. b ¶Indelebiliter.
to et in femore ſuo * ſcriptum.
a ¶Idem ſanctorum,qui ſe & alios regunt.
† Rex regum, et Domi-
a ¶Qui dominium exercet ſuper ſubditos.
f nus dominantium. Et uidi g
a ¶Prædicatores ſtantes in aperto.
unum angelum ſtantem in ſo- h
a ¶In lumine intelligentiæ ſcripturarum & feruore. b ¶i.Intentione.
le,et clamauit uoce magna, di- i k
a ¶Quorum conuerſatio in cęlis eſt.
g cens omnibus auibus, quæ
a ¶i.cęleſtia contemplabantur b ¶Per catholicam fidem,quæ communis eſt.
h uolabant per medium cœli: Ve
a ¶i.bene operamini. b ¶i.ad Ieſum Deum,qui uobis refectio erit.
i nite et cõgregamini ad cœnam
¶Vt delectemini in cruciatu impiorum maiorum quàm minorum.
magnam Dei, ut manducetis l
¶Iudicum aliorum.
carnes regum, et carnes tribu-
¶In corpore.
norum, et carnes fortium, et
a ¶Subditorum aliis. b ¶Prælatorum.
carnes equorũ et ſedentium in
¶Iuſtitia.
ipſis. et carnes omnium libero-
¶Peccati.
rum ac ſeruorum et pusillo-
rum ac magnorum. Et uidi m
a ¶Scilicet Antichriſtum. b ¶i.Apoſtolos eius.
beſtiam, et reges terræ, et exer- n o
a ¶i.Omnes ei ſeruientes.
citus eorum, congregatos ad p
a ¶i.Contra Chriſtum & ſuos blaſphemijs & tribulatione & miraculis.
faciendum prælium cum illo.
qui ſedebat in equo et cum exer
a ¶i.Eternaliter punita.
citu eius. Et apprehenſa eſt be- q
ſtia, et cum illa pſeudo propheta,et qui fecit ſigna coram ipſo, r ſ
a ¶i.Qui in eum crediderunt.
quibus ſeduxit eos, qui acceperunt characterem beſtiæ, et qui t
a ¶Vt Iudæi, qui eum cum gaudio ſuſcipient. b ¶Conformitatem.
adorauerunt imaginem eius.
x Viui miſſi ſunt hi duo in ſta- u x
¶Propter tenebras.
gnum ignis ardentis et ſulphu-
l ris, et cæteri occiſi ſunt in gla- y
dio ſedentis ſuper equum, qui
m procedit de ore ipſius. Et omnes aues ſaturatæ ſunt carnibus eorum.

## NIC. DE LYRA.

¶ a In equis albis.*id eſt in corporibus caſtitate dealbatis.nam de profeſſione eorum eſt uotum caſtitatis.*
b Veſtiti byſſi. *per interiorem & exteriorem mundiciam,ut dictum eſt ſupra.*
c Et de ore &c.gla. *Nam uerbis efficacibus hortabatur & excitabat bellatores ſuos contra Gentes infideles.*
d Et ipſe reget e.in ui r.fer.*earum pluries ſuperbiam frangendo.*
e Et ipſe calcat tor.ui.&c. *quia fuit executor diuinæ iuſtitię in Saraceni ſanguinis effuſione.*
f Et habet in ueſti.&c.rex re & dominus dominantium.*ex prædictis.n.patet,q habuit conditiones regis ualde excellentis: propter quod dicitur rex regum pro tempore ſuo,eo modo quo roſa dicitur flos florum.*
g Et uidi.*Poſtquam deſcripta eſt Balduini regis conditio nobilis,hic conſequenter deſcribitur quædam ipſius uictoria ualde notabilis. Ad cuius intellectum ſciendum,quòd anno v.regni Balduini principes Aegypti dixerunt ſuo Caliphæ, quòd tempus erat aptum ad recuperandum terram a Chriſtianis occupatam: Tum quia plures Chriſtiani principes ad terras natiuitatis ſuæ redierant: Tum quia remanentes bellis frequentibus afflicti & depauperati erant, ut dicit epiſcopus Tyrenenſis,xi.libr.cap.iij. Addunt etiam expoſitores aliqui,quòd ad hoc etiam erant excitati per quoſdam falſos prophetas Saracenorum,qui aſſerebant in breui petram ſancti ſepulchri fruſtatim conterendam & crucem ſanctam in profundum maris ſubmergendam,& Chriſtianitatem de terris illis penitus delendam. Quibus aſſentiens dictus Calipha præparauit exercitum magnum per terram & mare ad obtinẽdum, quod erat ei ſuggeſtum. quo audito Chriſtiani pauci exiſtentes comparatiue fuerunt territi, ſed patriarcha Ieroſolymitanus eos confortans promittebat eis, ſi de domino confiderent,tantam uictoriam affuturam,quòd aues cęli de carnibus Saracenorum eſſent ſaturandæ, præferens quaſi de uexillo dominicæ crucis lignum. Sic igitur noſtri cum quingentis equitum & duobus milibus peditum contra hoſtes,quorum numerus erat quindecim milium abſque illis,qui in claſſe uenerant, animoſius procedentes,proſtrauerunt ex hoſtibus maximam multitudinem, & reſidui conuerſi ſunt ad fugam. de claſſe etiam illa magna pars a noſtris fuit retenta. Dicit ergo Iohannes:*Et vidi unum ange. *i. patriarcham Ieroſolymitanum.* G
*nomen
h Stantem in ſole.*per eminentiam uitæ et doctrinæ,ſecundum illud Eccle.l.a.Sicut ſol refulgens,ſic ille refulſit in templo Dei.*
i Et clamauit voce magna.*in exhortatione prædicta.*
k Dicẽs omnibus auibus &c.*quia per cõgreſſum ad eius exhortationem factam aues ſatis habuerunt ad comedendum.*
m Et uidi be.*id eſt Aegypti Soldanum.*
n Et reges terræ.*ſibi ſubiectos.*
o Et exercitus eorum, congregatos.*in mari & in terra.*
p Ad faciendum prælium cum il.*id eſt cum rege Balduino & exercitu ſuo.*
q Et apprehenſa eſt beſtia. *id eſt rex Aegypti & prophetæ falſi, qui in aſtutia ſua fuerunt comprehenſi.nam contrarium eius,quod cogitauerunt, uenit.*
r Et qui fecit ſigna.*falſa.*
ſ Coram ipſo, quibus ſeduxit charactere beſtiæ. *id eſt arma & uexilla ſectæ Mahometicæ.*
t Et qui adorauerunt imaginem eis. *id eſt Caliphum Aegypti repreſentantem perſonam Mahumeti.* H
u Viui miſſi ſunt hi duo. *ſcilicet Calipha & propheta,qui non fuerunt in dicto bello,& accipitur hic ſingulare pro plurali.ſ.propheta pro prophetis,ſicut: Venit muſca grauiſſima: id eſt muſcæ.* Exo.8.f
x In ſtagnum ignis ardentis. *quia manentes in infidelitate deſcenderunt ad ignem Gehennæ.*
y Et cæteri occiſi ſunt in gla.*ſ.illi,qui iuerunt ad pugnandum contra regem Balduinum.Et patet ex dictis litera.*

## MORALITER.

✱ e *Et ipſe calcat torcul.&c.*i.bonus Chriſti uicarius punit iuſte malefacta.
f *Et habet in ueſti.& fæmore ſuo ſcriptum,rex regum &c.*quia ſub ſe plures bene regentes habet,qui reges dici poſſunt a regendo.Dicitur autem hoc ſcriptum in ueſtimento & in femore ſuo. femur eſt intrinſecum homini, ueſtimentum autem extrinſecum.In actibus autẽ intrinſecis talis ſuperioris apparet, quãdo populum ſibi ſubditum uult dicto modo gubernari.
g *Et uidi unum angel.ſtantem in ſo.*Per ſolem poteſt intelligi claritas iuſtitiæ, de qua dicitur,quòd neque heſperus, neque lucifer eſt ita admirabilis.Angelus igitur ſtans in ſole, eſt prædicator conſtanter prædicans contra obſtinatos ſæueritatem iuſtitiæ diuinę.ideo ſubditur: 5.Ethic.
k *Dicens omnibus auibus.*i.dæmonibus,qui ſunt executores diuinæ iuſtitię in damnatis: Quod autem per aues ſignificantur dæmones,patet per uerbum Saluatoris in parabola ſeminantis.
l *Vt manducetis carnes reg.&c.* i.obſtinatorum in culpa.ideo ſequitur:
q *Et appreben.eſt beſtia &c.* Sequitur:*Miſſi ſunt in ſtagnum ignis ardentis.*



## GLOS. ORD. CAP. XX.

A
a ET vidi ang.Dicta dãnatiõe Babylonis & Antichri & pſeudo apſorũ, ſupponit dãnationẽ ipſius diaboli, & ponit cauſam quare, & tps,quo dãnabitur, & qs illũ poterit uincere.ſ.ille,q in humili aduẽtu potuit illũ ligare quantũ uoluit, glorificatus eundem omnino deſtruere potuit.
b *Abyſſ.* Abyſſus tenebroſa corda impiorum.Vel ipſe diabolus,quos dominus ſæuire permittit & refrenat. †Sup.9.a
c *Apprehẽdit.*i.peccaſſe oſtẽdit,dũ ſe immunem a peccato ille diabolus occidit
d *Ligauit eum* Sciẽdũ, q ſimiliter in Abrahã & alijs fidelibus diabolus fuit ligatus ſicut in iſtis præſentibus:ſed in illis ligauit ſpes futuri Chriſti, in iſtis ipſe Chriſtus adueniens ligauit.
e *Et mi.eum.* Quia eiectus a fidelibus in malis cępit dominari atrocius.hic legitur in euangelio,q intrauit in porcos.
Matt.8.d †De pe.di.2.c.ſi enim ante fin.& citius.§.q uere reprobi & c.principiũ ultra medium
f *Signauit ſu.il.*i.ſigillum poſuit.ſ.ſignũ crucis, quod eum ſic ſuperat,ut a fidelibus repellat.
g *Et poſt hoc op.il.ſol.* vt recipiat poteſtatẽ,quã habuit ante aduentum Chriſti.
h *Et ui.ſe.* ſ.ligato diabolo,uidi ſolutos fideles, & minores prælatis ſuis obedire paratos & platos iudicare ſubditos. Vidi in tempore ligationis eccleſiã ad bene operandũ ita ſolutã, & hoc eodẽ tpe illos,q p Chriſto moriunt,uidi ſtatim in gloriã intrare, nunq ad inferos deſcẽdere, ſicut Abrahã & cæteri prophetæ deſcẽderunt quãuis iuſti fuerũt.
i *Et an.decol.*Et uidi ſimiliter animas eorum,qui non adorauerunt.
k *Et vi.*Et non dico uiuent et regnabũt in futuro,ſed etiam in hoc pręſenti.ſ.ex quo interfecti ſunt,uixerunt et regnauerunt cum Chriſto.
l *Cæteri ve.mor.non ui.*i æteruas patientur pœnas. & in hoc præſenti.ſ. quàm ſtatim moriuntur. B
m *Hæc eſt reſur.* ſ. q diabolus ita ligatus eſt, & q a peccatis reſurgunt homines, & q ipſis mortuis ſtatim animæ fruuntur æterna requie.
n *Prima.* Ad differentiã illius, quæ erit ſimul in anima & corpore. Quod de decollatis dixerat, de alijs minoribus hic dicit.

☞ *Qui habent*

## CAP. XX.

¶Chriſtum.
a ET † vidi angelum de a
a ¶Humiliantem ſe in carne. b ¶Patris ſecreto.
ſcendentem de cę- b
a ¶Ecce potentia ineuitabilis. b ¶Poteſtatem ſupra diabolum.
lo habentem clauem b
a ¶Ineuitabilem potentiam,quæ omnia conſtringit. b ¶i.in operatione paſſionis & reſurrectionis.
b abyſſi,et catenam magnam in ma c
a ¶Per violentiam nocendi.
c nu ſua. † Et apprehendit draco- d
a ¶Per fallaciam decipiendi. b ¶Quia a principio mundi nocuit.
nem ſerpentẽ antiquum, qui eſt
a ¶Deorſum fluens. b ¶Aduerſarius. c ¶i.priore poteſtate priuauit.
d diabolus & Sathanas, & ligauit e
a ¶i.toto tempore ab incarnatione vſque ad finem ſeculi.
e eum per annos mille, & miſit eũ f
a ¶Corda reproborum. b ¶i.licentiam egrediendi uiam interdixit,niſi occulto Dei iudicio.
f i abyſſum, et clauſit et ſignauit ſu g
per illum, ut non ſeducat amplius
a ¶i.donec Antichriſtus ueniat.
Gentes, donec conſummetur mil
¶Quia Deus ita conſtituit.
g le anni. Et poſt hoc oportet illum
¶Ideo non timendus.
h ſolui modico tempore. Et uidi ſe h
a ¶Fideles ſubditos. b ¶Maiores bene regnando.
des,et ſederunt ſuper eas, et iudi- i k
¶Et hoc quia Deus iniunxit eis hoc iudicium.
¶Prælatis. a ¶Vidi.
i cium datum eſt illis. Et animas de l
¶Martyrum. ¶Humanitas.
collatorum propter teſtimonium
¶i.Diuinitatem.
Ieſu, et propter uerbũ Dei, & qui
a ¶i.Antichriſtum, b ¶i.pſeudo apoſtolos.
nõ adorauerũt beſtiam, neq; imã
¶Signum eius.
ginem eius,nec acceperunt chara-
¶Etiam manifeſta confeſſione. a ¶In operatione.
cterem eius in frõtibus aut in mã-
a ¶In præſenti per gratiam,& in futuro per gloriam.
x nibus ſuis, et uixerunt & regna- m n
¶i.in anima mortui.
uerunt cum Chriſto mille annis.
l Cæteri uero mortuorum non ui- o p
¶i.Æternas patientur pœnas.
xerũt donec conſummetur mille q
m n anni. Hæc eſt reſurrectio prima. r

## NIC. DE LYRA. CAP. XX.

ET vi.an.*Deſcripta in generali & ſpeciali ſeptima plaga,hic cõſequenter deſcribitur eccleſiæ promotio noua. & diuiditur in duas: quia primo deſcribitur hæc promotio.ſcdo Chriſtianorũ iterata pſecutio,ibi:Et uidi ſedes.Sciẽdũ tamẽ,q primã poteſtatẽ & ſecũdam in parte exponũt aliqui de Calixto papa,& Henrico Imperatore huius nõis quinto:qui cogente eũ papa ſub interiectione anathematis,renunciauit cõſuetudini,qua uſi fuerant Imperatores.ſ. inueſtiendi epiſcopos & abbates per baculum & anulum per trecentos annos & amplius.ſ.a tempore Caroli magni,quæ poteſtas ei conceſſa fuerat ab Adriano papa in concilio Romæ celebrato,ut habetur in chronica Sigisberti.& ſic exponunt hanc literam.* Diuiſio
a Et uidi an.*id eſt papam Calixtum.*
b Hẽtẽ cl.ab.*i.ptãtẽ excõicãdi,qua ſegregatur quis a cõſortio fideliũ.*
c Et ca.ma.in manu ſua.*id eſt multitudinem cardinalium & prælatorum in hoc facto ſibi aſſiſtentium.*
d Et apprehendit dra.*id eſt Romanum Imperatorem.*
e Et lig.eum.*Per cenſuram eccleſiaſticam,ne amplius dicto modo uſurparet ſibi eccleſiaſticam iuriſdictionem.*
f Per an.mil.*i.per tempus Chriſti,quod currit uſq; ad Antichriſtum.et ponitur hic numerus determinatus pro indeterminato,ſicut per xxiiij.ſeniores deſignatur uniuerſitas epiſcoporum ſupra.* Cap.4.
g Et ſig.ſu.il.*i.ſub pœna excommunicationis reſtrinxit eum ne amplius ſe intromittat de iuriſdictione eccleſiaſtica.ideo ſubditur:*
h Et ui.ſe.*i.ſummi Imperatoris & pontificis diſtinctas iuriſdictiones.*
i Et ſederunt ſuper eas.*Vnus exercens eccleſiaſticam iuriſdictionem, & alius temporalem.Sed huic expoſitioni non conſonat ſequens litera,q̃ ſequitur in eodem uerſu.*Et ani.dec.*quod exponunt aliqui de perſecutione Saladini, in qua multi Chriſtiani fuerunt occiſi.Item de hoc Sathana alligato per mille annos dicitur hic,q oportet illum ſolui modico tempore.quod exponunt de Antichriſti tempore.in quo laxabitur poteſtas dæmonis ad decipiendum Gentes.& ideo q dicitur hic per Sathanam intelligi Romanum Imperatorem,uidetur eſſe contradictio & per conſequẽs nimis extorta expoſitio.propter quod exponẽdo literam iſtam tanquam impletam de præterito, ſaluo iudicio meliori, uidetur hæc litera melius exponi de papa Innocentio,qui approbauit ordines fratrum minorum & prædicatorum,per quorum doctrinam et prædicationem eccleſia eſt quodammodo renouata,et poteſtas dæmonis eſt reſtricta.unde multæ dæmonum illuſiones,quæ ante fiebant,ceſſauerunt. Et hoc eſt,quod dicit Iohannes:*Et ui.an.*i.Innocentẽ papam tertium.* Deſcenden. de c.*i.de apice pontificali condeſcendentem Sanctis Franciſco & Dominico.*Habentem cl.ab.*i.poteſtatem approbandi dictos ordines ad reprimendam poteſtatem diaboli.*Et ca.ma.*i.fratrum utriuſq; ordinis multiplicitatem.*Et app.dra. *quia per eorum uitam & doctrinam poteſtas dæmonis eſt repreſſa & reprimetur uſq; Antichriſti tempora.ideo ſubditur:*Et lig.eum per an.mil. *Quia tamen tunc poteſtas eius laxabitur.iõ ſubditur:*Et p.hoc op.il.ſo.mo.tẽ. *Nã antichriſti perſecutio breuis erit reſpectu perſecutionum præcedentium.ſ.Iudæorum,tyrannorum,hæreticorum, & Saracenorum.*Et ui.ſe.*Hic ponitur Chriſtianorum renouata perſecutio, quam aliqui exponunt de perſecutione Saladini, ut dictũ eſt.ſed mihi uidetur melius exponi de Tartaris,qui anno domini Mccij.de terra ſua exeuntes multos populos tam Chriſtianos quàm paganos occiderunt,& ſic dicitur:*Et ui.ſe.*id eſt plurium regnorum metropoles ciuitates:*Et ſe.ſ.eas,*ſupple Tartari eas ſubyciendo ſibi.* C Diuiſio
k Et iu.da.eſt il. *id eſt poteſtas interficiendi homines ſecundum demerita illius temporis.*
l Et animas de.*Hoc dicitur quãtum ad Chriſtianos ab eis occiſos nomen Ieſu Chriſti confitentes,& Mahumetum,qui ſupra beſtia dicitur & legem eius & mores & cultum totaliter denegantes.* D
m Et ui.*uita gloriæ in animabus.*
o Cæteri uero mor.*quantum ad paganos et infideles occiſos a Tartaris.*
p Non ui.*ſupple uita gloriæ,ſed mortui fuerunt in animabus morte Gehennæ.*
q Donec conſummentur mille an.*id eſt tẽpus Chriſti.nam reſurgent cum alys in fine mũdi,ut puniantur ſimul in anima & corpore.*
r Hæc eſt re.pri. *Hoc refertur ad illud,quod dicitur de Chriſtianis.Et uixerunt,ſupple uita gloriæ in animabus ſuis, quæ gloriæ vita dicitur hic reſurrectio prima.ſecũda uero erit quãdo reſurgẽt in corporibus glorioſis.& quia iſti iam ſunt ſecuri de ſua beatitudine, quam iam habent in anima, & poſtea habebũt cum hoc in corpore,ideo ſubditur:*

¶ In his

## MORALITER.

✱ a *Et ui.a.* per iſtũ angelum intelligitur quilibet bonus Chriſti vicarius,qui amore iuſtitiæ non timet ligare vinculo excommunicationis uel interdicti tyrannos perſequentes iuſtitiam Dei.
b *Et ui.ſedes.* ſ.ſuperioris prælati & bonorum ſuffraganeorum in repreſſione maliciæ tyrannice ſibi conſtanter aſſiſtentium.
l *Et ani.de.* ſuſtinentium damna rerum uel corporum pro ueritate,de quibus fuit Sanctus Thomas Cantuarien.& conſimiles.
m *Et uixerunt.*uita gratiæ.
n *Et regnauer.*regendo iuſte in præſenti & poſtea in regno gloriæ.
o *Cæteri uero mor.*Qui pro Chriſto nihil paſſi ſunt,uel receperunt characterem beſtiæ,id eſt dæmonis,quem Beatus Martinus cruentam beſtiam nominauit.
p *Non uixerunt.*ſcilicet uita gratiæ,uel gloriæ.
q *Donec cõ.mil.an.*i.nunquam,ſicut:Sede a de.me.&c.non eſt intelligendũ,q Chriſtus ceſſat ſedere ad dexterã patris, quando eius inimici totaliter ſibi ſubdẽtur in iudicio finali.ſic in propoſito per ly donec,non eſt intelligendum,q conſummatis mille annis damnati debeant uiuere uita gratiæ & gloriæ. Pſ.109.a
r *Hæc eſt reſurrectio prima.* ſcilicet de peccato ad gratiam, uel de

✱ corporali

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Qui ha.* Et ſi omnes perfecti eſſe non poſſunt, nec in eadem
E claritate futuri ſunt.
b *Secunda mors.* i. damnatio æterna, quæ erit in corpore & in anima, quia in nullo augetur.
c *Sed erunt ſa.* id eſt æternas laudes offerentes diuinitati & humanitati.
d *De carce.* Id eſt de cordibus reproborum, in quibus modo ligatus eſt, ne pro uelle ſæuiat.
e *Magog.* id eſt detectos i. omnes perſecutores diabolum in ſe tegentes, & tandem ad apertam perſecutionem procedentes. Vel ad literam has duas Gentes prius ſeducet, & per eas ad alios procedet.
f *Et circumierunt caſtra ſanctorum.* i. eoſdem ſanctos in uirtutibus munitos & unanimes in hoc bello.

*Die*

a ¶Quia beatitudinem conſecutus. b ¶Quia in ea erit firmus.
Beatus & ſanctus, qui habet partem
¶Et uere beatus.
in reſurrectione prima. † In his ſecunda mors non habet poteſtatem. Sed erunt ſacerdotes Dei & Chriſti
a ¶In hoc præſenti. ¶i. ſeipſos in melius regent. ¶Non ſolum in futuro, de quo conſtat. b ¶Cum trinitate & humanitate.
eius, & regnabunt cum illo mille annis, & cum conſummati fuerint
a ¶i. recipiet priorem poteſtatem.
mille anni, ſoluetur Sathanas de
a ¶Id eſt exercebit poteſtatem. b ¶A Chriſto ad ſe ducet.
carcere ſuo, & exibit & ſeducet Gentes, quæ ſunt ſuper quatuor an-
a ¶Tectum. b ¶Detectio. ¶i. occulte & manifeſte perſequetur.
gulos terræ † Gog & Magog, &
a ¶Non localiter, ſed mente. b ¶Per quos aperte pugnabit. c ¶Gog & Magog.
congregabit eos in prælium, quo-
¶Ita innumerabiles & ſteriles.
rum numerus eſt ſicut arena ma-
a ¶Id eſt ſuperbient. b ¶Id eſt in omni orbe.
ris. Et aſcenderunt ſuper latitudi-
a ¶Quaſi inuadentes, intrare non potuerunt. b ¶Paratos ad bellum.
nem terræ, & circumierunt caſtra
a ¶Eccleſiam ſanctorum. b ¶A Deo.
ſanctorum, & ciuitatem dilectam.
¶Q non timendi quia cito peribunt. ¶Repentinus interitus.
Et deſcendit ignis a Deo de cœlo,
a ¶Ita quod non redibunt.
& deuorauit eos, & diabolus, qui
a ¶Profundam pœnam inferni.
ſeducebat eos, miſſus eſt in ſta-
a ¶Diabolum & ſuos in pœnis ſimulat, ut permaxime deterreat.
gnum ignis & ſulphuris, ubi & beſtia & pſeudo prophetæ cruciabun-

† habet. Et

## NIC. DE LYRA.

¶ a In his ſe. mo. *id eſt pœna Gebennæ.*
b Non ha. po. ſed er. ſa. Dei &c. *Id eſt colentes eum charitate perfecta.*
d Et regna. cum ill. mil. an. *hoc eſt uſq; ad reſurrectionem generalem: & ſic patet, quod loquitur de gloria, quam habent ſancti ante diem iudicij. Patet igitur qualiter hæc litera a principio. xvij. ca. uſq; ad iſtum locum poteſt exponi, ut iam completa. Veruntamen hæc expoſitio impropria uidetur in pluribus & extorta primo, quia dictum eſt, quod per beſtiam habentem capita ſeptem, intelligitur rex Aegypti, & per mulierem fornicariam rex Turciæ, & poſtea dictum eſt, quod unum de ſeptem capitibus beſtiæ. ſ. ſextum eſt rex Turciæ, quod diſſonat præcedentibus, maxime quia rex Aegypti & rex Turciæ erãt adinuicem inimici ut dictum eſt. Item ca. xviij. ubi agitur de punitione ſectæ Saracenicæ, ſub nomine Babylonis plura dicuntur, ex quibus uidetur intelligi totalis eius deſtructio, cum dicitur: Cecidit cecidit Babylon magna, & facta eſt habitatio dæmoniorum &c. Item ex eo, quod poſtea ſubditur: In una die uenient plagæ eius, mors & luctus & fames, & igni comburentur. Item ex eo, quod poſtea ſubditur in eo. ca. Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna & ultra iam inuenietur, ex quibus uidetur intelligi eius deſtructio totalis ſecundum expoſitionem dictam, cum tamen Saraceni remãſerunt in regno Aegypti & Turciæ, quæ tunc non fuerunt per Chriſtianos acquiſita, nec poſtea, ſed ſolum una pars Syriæ & Iudæa, et cum hoc iſta loca perdiderunt Chriſtiani pro maiori parte tempore Saladini quaſi per lxxx. annos poſtquam fuerant a Chriſtianis occupata: & poſtea illa, quæ remanſerant Chriſtianis ſ. Achon, Tripolis & quædam alia fuerunt a Saracenis partim deſtructa, & partim poſſeſſa. Item quod poſtea xix. cap. exponitur de Balduino rege. Et in capite eius Diademata multa, propter aliquas ciuitates regias, quas acquiſiuit, uidetur improbe dictum, quia regnum eius nunquam ſic creuit, quin remãſerit ſatis paruũ. Item quod ibi ſubditur: Habens nomen ſcriptum, quod nemo nouit niſi ipſe, quia nomen dicti regis & eius conditiones fuerunt alijs notæ, talis etiã occultatio nominis uidetur conuenire tantum diuinis perſonis, Matt. xi. d. Nemo nouit filium niſi pater, neque patrem, quis nouit niſi filius &c. propter quod hæc litera non uidetur intelligi de rege Balduino, ſed tantum de Chriſto. unde ibi ſubditur: Et uocabitur nomen eius uerbum Dei, quod nomen conuenit ſoli filio in diuinis, ut patet Iohann. 1. b. Verbum caro factum &c. Item quod poſtea ſubditur: Et habet in ueſtimento ſuo & in femore ſuo ſcriptum, rex regum & dominus dominantium: & de Chriſto exponitur ad literam a ſanctis & doctoribus catholicis. Item illud: quod ibidem interponitur: Et exercitus, qui ſunt in cælo ſequebantur eum &c. quod expoſitum eſt de templarijs & hoſpitalarijs, non uidetur bene dictum. nam illa uictoria notabilis, quæ ibi deſcribitur, fuit anno regni Balduini, ut dictum eſt ſupra, qui regnare cępit anno domini. Mc. ordo uero templariorum approbatus fuit anno domini. Mcxxviij. & ex templo templariorum hoſpitalarij cęperunt in armis exerceri, licet ante eos fuiſſent inſtituti, ut dicit epiſcopus Achonenſis. capi. lxv. & ſic non uidetur, quòd fuerunt in exercitu dicti Balduini regis, qui regnauit. xviij. annis tantum, ut dicit idem epiſcopus Achonenſis capi. xciij. Item ſecũdum expoſitionem prædictam omnia ſcripta in tribus dictis capit. huius libri ab annis ducentis & amplius, ſunt completa, ut patet ex prædictis. litera uero ſequens & immediata exponitur ab omnibus de tempore Antichriſti. Quod autem de ſtatu eccleſiæ quantum ad contingentiam in tanto intermedio tempore, cum adhuc aduentus Antichriſti propinquus nõ appareat, nihil ſcripſit Iohannes, non uidetur conueniens, maxime cum dicatur communiter a doctoribus, quòd Iohannes in hoc libro ſcripſit notabilia circa eccleſiam contingentia uſque ad mundi terminum. Propter hæc & alia plura, quæ dici poſſent contra expoſitionem prædictam uidetur ſaluo meliori iudicio, quòd tota litera a principio decimoſeptimo capitul. uſque ad locum iſtum nondum ſit impleta. Et quia non propheta ſum, nec filius prophetæ nolo de futuris aliquid dicere, niſi illud, quod a ſcriptura ſancta uel dictis ſanctorum & doctorum autenticorum elici poteſt. propter quod expoſitionem literæ dictæ ſapientioribus dimitto. ſi uero circa hoc dominus dederit mihi intellectum, libenter aliis communicabo.*

Marginalia: † Gog & Magog, accuſat ioi caſus. Retractatio ſuperiorum. Cap. 17. Cap. eo. & etiam ſupra. 1. Tim. 6. c

e Et cum conſummati. *Hic deſcribitur perſecutio Antichriſti, de qua ſacra ſcriptura et ſancti loquuntur in pluribus locis, cum dicitur:* Et cum conſummati fuerint mille anni. *id eſt tempus eccleſiæ uſque ad tempus Antichriſti.*
f Soluetur Sathanas. *cuius poteſtas fuit reſtricta per Chriſti prædicationem & eius paſſionem, & per Apoſtolorum & ſanctorum prædicatorum doctrinam, ſed relaxabitur Antichriſti tempore. ideo ſubditur:*
g Et ſeducet Gentes, quæ ſunt ſuper quatuor angulos. *quia de omnibus mundi partibus aliqui adhærebunt Antichriſto ſeducti a ſuis prædicatoribus, diabolo cooperante mendacibus ſignis, ſicut euangelium Chriſti publicatum fuit per Apoſtolos domino cooperante & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis ueris.*
h Gog & Magog. *Per Gog, qui interpretatur tectum, intelligitur Antichriſtus, qui erit dæmonis habitaculum. per Magog, qui interpretatur de tecto, intelliguntur adhærentes Antichriſto, ſicut dictum fuit plenius Ezechiel xxxix.*
i Et congregabit eos in prælium. *contra cętum fidelium.*
k Et aſcenderunt ſuper latitudinem. *ad cogendum omnes Antichriſto obedire. loquitur tamen hic de futuro per modum præteriti, propter certitudinem prophetiæ, quod frequenter fit in prophetis.*
l Et circumierunt caſtra ſanctorum. *id eſt Chriſtianorum ad eos deſtruendum.*
m Et ciuitatem dile. *Id eſt Ieruſalem, quæ tunc a Chriſtianis habitabitur, ut dictum fuit Ezech. xxxix.*
n Et deſcendit ignis a Deo de cœlo. *quia Antichriſtus fulminabitur per Michaelem archangelum Chriſto præcipiente: & magna pars ſui exercitus peribit cum eo, ut dictum fuit.*
o Et diabolus, qui ſeducebat eos. *quia tunc reſtringetur ſicut prius, & amplius poteſtas ſua religabitur in inferno.*
p Vbi & beſtia. *Id eſt beſtialiter uiuentes.*
q Et pſeudo prophetæ. *Antichriſti, qui eos decipient.*
r Cruciabuntur die ac nocte &c. *Id eſt ſine fine. Per hoc autem, quod dicitur hic: Et circumierunt ciuitatem dilectam & deſcendit ignis &c. patet quod Iohannes non loquitur hic de Tartaris ut uoluerunt aliqui dicere, quia non inueniuntur Tartari Ieruſalem a Chriſtianis habitatam obſediſſe, nec ignis de cęlo deſcendens eorum exercitum deuoraſſe.*

Marginalia: 2. Theſſ. 2. Mar. ult. d. 2. Theſſ. 2.

¶ Et vidi

## MORALITER.

✻ corporali morte ad gloriam animæ, quantum ad illos, qui non habent aliquid purgandum. ideo ſubditur:
a *In his ſecunda mors non habet poteſtatem.* ſcilicet mors inferni.
c *Sed erunt ſacerdo. Dei.* i. ſacras laudes Deo dantes.
d *Et regnabunt cum eo mil. an.* i. tempore a Deo præfinito, ita quod ponitur hic numerus determinatus pro indeterminato, ſicut frequenter fit in hoc libro, ſicut patet per ſupradicta.
e *Et cum con. fue. mil. an. ſol. Sath. &c.* Hoc ad literã dicitur de Antichriſto. Moraliter autem exponi poteſt de quolibet tyranno & adhærentibus ſibi, de quibus dicitur. j. Iohan. j. c. Iam Antichriſti multi ſunt.
n *Et de ig. de cę.* id eſt Dei ſententia condemnans eos ad ignem Gehennæ.
p *Vbi & be. & pſ. prophe. cruciabuntur.* Id eſt beſtialiter uiuentes & pernicioſe mendaces.

✻ *Et uidi*



a *Die ac noc.* i. reſpectu gloriæ ſanctorum, quæ eſt dies, & pœ-
A narum ſuarum, quæ eſt nox.
b *Et uidi thro.* Dicta deſtructione diaboli & ſuorum membrorum ſupponit deſtructionem mundi ad maiorem pęnam impiorum. Competit. n. ut deſtructis malis mundus deſtruatur, ſecundum quod ab eis fuerat corruptus. Sæpe locutus de glorificatione ſanctorum & de pęnis impiorũ, nõ fecerat mẽtionem corporum, ſi deberent glorificari uel puniri, quod hic aperte oſtendit.
c *Et li. aper.* Libri. i. diuina præcepta, quæ quia dimiſerunt, ſcient ſe pro merito puniri. uel libri conſcientiæ ſingulorum, quæ apertæ omnibus erunt.
d *Alius li.* i. Chriſtus, qui tũc oĩbus apparebit potẽs & ſuis dabit uitam. Vel, *liber* præſciẽtia Dei, quia tũc aperte ſcient mali ſe nõ prædeſtinatos ad uitã, quã in mũdo exiſtentes ſibi promittebãt.
e *Ex his quæ ſcri.* Per comparationem ſanctorum impii damnabuntur, legẽt in illis, quæ agere noluerunt.
f *Et dedit.* Vult aperte oſtẽdere corpora mortuorum quantumcũq; fuerint diſiecta in illo iudicio uiuificari, quod quidam non credunt.
g *Hæc eſt mors.* q. d. cauete uobis a morte prima, quia ex illa prima ſequitur hæc ſecunda.

¶i. aſſidue.
tur die ac nocte in ſecula ſeculorum.
a ¶Eccleſiam. b ¶Per multitudinem. c ¶Per immortalitatem & impaſſibilitatem.
Et uidi thronum magnum candi-
a ¶Scilicet Chriſtum ſedentem in illis, qui hanc deſtructionem faciet.
dum, & ſedentem ſuper eum, a cu-
¶In præſentia. a ¶Ab hac ſpecie. b ¶Id eſt aer.
ius conſpectu fugit terra & cœlum,
¶Secundum priorem ſtatum. ¶Cęlo & terra.
& locus non eſt inuentus ab eis. Et
a ¶i. malos tam maiores quam minores.
uidi mortuos magnos & puſillos
a ¶Corporaliter. b ¶Quia ſancti conſpiciunt merita ſingulorum. b ¶Conſcientię.
ſtantes in conſpectu throni, & libri
a ¶i. præſcientia Dei, quæ modo latet.
aperti ſunt, & alius liber apertus
a ¶Id eſt mali.
eſt, qui eſt uitæ. Et iudicati ſunt mortui ex his, quæ ſcripta erãt in libris ſe-
¶Quia alij pęna maior dabitur, alii minor. a ¶i. mundus.
cundũ opera ipſorum. Et dedit mare
a ¶i. corpora mortuorum.
re mortuos ſuos, qui in eo erant, &
a ¶Diabolus. b ¶i. tenebrarum locus. c ¶i. animos mortuorum.
mors & infernus dederunt mortuos
¶Sine acceptione perſonarum.
ſuos, qui in ipſis erant, & iudicatum eſt de ſingulis ſecundũ opera ipſorũ.
a ¶Profundi uitiis. ¶i. locus tenebrarum. b ¶i. diabolus.
Et infernus & mors miſſi ſunt in ſta-
gnum ignis. Hæc eſt mors ſecũda: &
¶i. ad fidem non prædeſtinatus.
qui non eſt inuentus in libro uitæ ſcriptus, miſſus eſt in ſtagnum ignis.

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et vi. thro. *Superius Iohãnes deſcripſit ſtatũ eccleſiæ generale iudicium præcedẽtẽ: hic conſequenter deſcribit ipſum iudiciũ, dicens:* Et uidi thronum magnum. *In quo deſignatur iudicantis Chriſti poteſtas infinita.*
b Candidum. *In quo deſignatur iudicij claritas, quod notum erit omnibus eſſe iuſtum.*
c Et ſe. ſu. eum. *ſ. Chriſtũ hominẽ & Deũ.*
d A cuius con. ſu. cæ. & ter. *Nam tunc immutabuntur a ſtatu in quo ſunt.*
B e Et vi. mor. ma. & pu. *quia ſicut dicit Apoſtolus. Oportebit nos oẽs ma. ante tri. Chriſti.*
f Et libri ap. ſunt. *ſupple, cõſciẽtiarũ. nã oĩa merita & demerita omnibus erunt nota, ut ſic appareat omnibus iudicantis iuſtitia.*
g Et alius li. ape. eſt, qui eſt vi. *Et hic liber idẽ eſt, quod prædeſtinatio diuina, quę dicitur liber metaphorice, eo quod in ea repreſentantur expreſſe illi, qui ordinati ſunt ſimpliciter ad conſequendã uitam beatam, qui liber aperietur in iudicio, quia tunc apparebit manifeſte, qui ſunt ad beatitudinem aſſumendi, & qui non.*
h Et iudicati &c. in libris. *ſupple conſcientiarum, quia non ſolum iudicabuntur ſecundum opera & dicta, ſed etiam ſecundum intentiones interiores & cogitata.*
i Et dedit mare mor. &c. *Iſtud fiet ante iudicium, quod præcedet reſurrectio mortuorum, licet hic ſcribatur poſt, quia frequẽter in ſacra ſcriptura prius facta poſterius narrantur. Reſurgent autem tam demerſi in mari, quàm in arida mortui, quæ per mortem hic deſignatur. animæ etiam in inferno detentæ redibunt ad corpora: licet iã ſint mortuæ morte culpæ & gehennæ. Ideo dicitur hic:*
k Et inf. de. mor. ſu. &c. *Repetitio eſt eius, quod dictum eſt ſupra, ad maiorẽ aſſertionem.*
l Et inf. & mors miſ. ſunt in ſta. ignis. *i. in pœnã gehẽnæ. & morte hic intelligitur diabolus, cuius inuidia mors intrauit in orbẽ terrarũ. ſicut ſol dicitur effectiue calidus & non formaliter, dæmones. n. ſunt immortales. Per infernum autem intelliguntur peccatores dãnati cum dæmonibus. ſicut. n. conſentiunt eis in culpa, ſic aſſociabũtur in pęna. Mat. xxv. c. Ite maledicti in ignem æternum &c.*

Marginalia: 2. Cor. 5. b. Sap. 2. d

## MORALITER.

✻ a *Et vi. tro. ma.* Hoc literaliter exponitur de iudicio finali. Moraliter aũt exponi poteſt de iudicio diſcretionis, quo reprobi diſcernuntur a bonis: quod quidem iudiciũ eſt in pñti, ſecundum quod dicitur Io. 12. Nũc iudiciũ eſt mũdi &c. Et per thronũ hic intelligitur auctoritas & ptãs iudicãdi diuina, ideo tronus iſte dicitur magnus, nã ad oĩa ſe extẽdit. & cãdidus, quia clare diſcernit. color. n. cãdidus plurimũ hẽt de luce.
c *Et ſe. ſu. cum a cu. con. ſu. ter.* nam reſpectu Dei nihil eſt omnis creatura.
e *Et uidi mor. &c.* Oẽs. n. uiuẽtes in mundo mortui dñr propter neceſſitatem moriendi. & ſic dictum fuit Adæ. Quocunq; die comederis ex eo, morte morieris. propter neceſſitatem moriendi, quam incurrit comedendo.
h *Et iud. ſunt &c. in libris.* ſ. cõſcientiarũ.
i *Et de. ma. mor. ſuos &c.* Per hoc ſigñatur, quod nihil occultari poteſt iudicio diuino.
k *Et infernus & mors.* i. homines in peccatis obſtinati, qui adhuc uiuunt, dicuntur diaboli.
m *Miſſi ſunt.* id eſt ad mittendum præuiſi, propter quod etiam uiuentes dicuntur ſtipula inferni.

Marginalia: Gen. 2. c

C

D

## GLOS. ORD. CAP. XXI.

E *T uidi.* In hac ſeptima uiſione agit de innouatione elementorum, & glorificatione ſanctorum, deſcribens merita, per quæ ſancti ita glorificati ſunt.
b *Cęlum nouum & terram nouam.* Immutatio aeris et terræ dubitabilis nõ eſt quin per ignẽ fiat. Sed de aqua dubitatur. nam purgationem in ſeipſa habere creditur.
c *Sicut ſponſam ornatam.* Sicut ſponſus præmittit munera ſponſæ antequã eã ducat, ſic Chriſtus eccleſiæ fidem & uirtutes et bona opera antequam eam ſuſcipiat in gloria.
e Vidi ci. ſan. Ie. *id eſt electorum ſocietatem perfecta charitate unitã.*
f Nouam. *quantum ad corporum gloriam. Corpora. n. ſanctorum, quæ modo ſunt corruptibilia, groſſa, ponderoſa, & obſcura, reſurgent immortalia ſubtilia agilia, & clara. Et quia hoc fiet per gloriam animarum ad corpora redundantem, ideo ſubditur:*
g Deſcendentem de cęlo. *empyreo, ut corpora reſumant, & in iudicio compareant.*
h A Deo para. *dotibus animæ & corporis. Ideo ſubditur:* Sicut ſponſam &c.

*Vocem*

¶ Et audiui

Marginalia: 2. Petr. 3. a

## CAP. XXI.

a ¶i. aerem innouatum.
ET vidi cœlum nouum, & terram no-
a ¶Innouatam.
uam. † Primum e-
a ¶i. ſtatus ille quo prius erant amplius non eſt neceſſarius.
nim cœlum & prima terra abijt, &
¶Secundum priorem ſtatum. ¶Quia groſſicies & amaritudo aufertur.
mare iam non eſt. Et ego Iohannes
a ¶i. eccleſiam in omnimoda quiete poſitam. b ¶i. firmiter quod habet habituram.
uidi ciuitatem ſanctam Ieruſalem
a ¶i. immortalem, impaſſibilem. b ¶i. Deum, qui eſt pax plene uidentem. c ¶Quia intellexit quidquid boni habet eccleſia a ſola Dei gratia accepiſſe.
nouam deſcẽdentem de cęlo a Deo
a ¶Virtutibus compoſitam.
paratam, ſicut ſponſam ornatam ui-

## NIC. DE LYRA. CAP. XXI.

E T uidi. *Deſcripto finali iudicio, conſequenter deſcribitur eccleſiæ ſtatus poſt iudicium. Et primo in generali. Secundo magis in ſpeciali, ibi: & uenit unus. circa primum prædicit Iohannes innouationem mundi ſenſibilis, di.*
a Et ui. cæ. no. & ter. no. *Et per iſta duo intelliguntur elementa media: ignis aqua & aer. Hæc. n. omnia innouabũtur & in melius mutabuntur. Ideo ſubditur:*
b Primũ e. &c. ab. *non eſt per hoc intelligẽdũ, quod mutetur eorũ ſubſtãtia: ſed ea manẽte meliorabũtur in qualitatib. et proprietatibus: ut in claritate, diaphaneitate, et in ſimilib. & totũ cedet ad gloriã electorũ, qui ex creaturis laudãt Deũ.*
d Et ego. *Hic ſecundo Iohannes deſcribit innouationem humanæ naturæ quantum ad electos, dicens:*

Vidi

## MORALITER.

✻ a *Et uidi cæ.* hoc literaliter exponitur de renouatione mundi ſenſibilis futura. Moraliter autem poteſt exponi de renouatione ſpirituali hominis, qui dicitur a philoſophis minor mundus, & cuius terra eſt corpus, & cęlum anima. quia ſicut terra germinat ex influẽtia cęli, ſic corpus mouetur & uiuit ex animæ uirtute. hoc ergo cœlum. ſ. anima renouatur, quando per pęnitẽtiam ueram perfecte purgatur, & terra. ſ. corpus, quando munde ſeruatur.
c *Et m. iam non eſt.* i. amaritudo peccati nam per pęnitentiam eſt ablata.
d *Et ego Io. ui. ci. ſ. b.* i. fidelem perſonam quamlibet deuotam, quæ dicitur ciuitas .i. ciuium unitas, propter concordiam uirium inferiorum ad rationem. & ſancta. i. Chriſti ſanguine tincta in baptiſmo. & Ieruſalem. i. pacifica propter concordiam dictam. & deſcendens de cœlo, propter gratiæ infuſionem in eius augmento.
h *A Deo pa.* i. diuinis chariſmatib. adornatã, propter quod de ea ſubdit.

✻ *Ecce*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Vocem magnam de thr.* Cum dixiſſet ſe uidiſſe innouationem elementorum, & glorificationem ſanctorum, quia incognitum erat & incredibile uideretur, apponit autoritatem ſanctorum patrum, qui hoc prædixerunt.

b *Ecce tab.* i. in euidenti eſt, quod in eadem gloria erit humanitas Chriſti, in qua militauit, & homines cum imitati & ratione bene uſi.

c *Et ipſi popu. eius.* i. in nullo offendētes, quod non eſſe pōt, dum ſunt in carne.

d *Omnem lachryma.* Q. Ibi gloria & nulla triſtitia, quia utrunq; ſimul eſſe non poſſet ibi.

e *Et mors.* Vere nō erūt ibi lachrymę, quia non erit cauſa lachrymarum.

f *Et di.* q. d. ſcribe quidquid oſtenſum eſt mihi de hac innouatione, pro utilitate præſentium factum eſt, quibus hęc ſcribere iuſſus ſum.

†Sup. 7.d Eſa. 25.c g *Scribe: quia hæc &c.* Iubens ſcribere, & aliis nunciare, ſupponit exhortationē, ut omnes ad hanc innouationem laborent pertinere.

h *Et dixit mihi.* Poſita autoritate ſanctorum de hac innouatione, ponit autoritatem ipſius Dei.

i *Factum eſt.* Ne quæreret aliquis, quid poſt illam innouationem futurum eſſet, dr̄ ſibi nihil reſtare ad faciendum.

k *Alpha & o.* q. d. hanc innouationem facere potero, quia ego omnia creaui,

†Eſa. 43.c & 65.c & in me omnia conſummabuntur.

1.Cor. 5.d l *Sitienti.* Nō dabo ſitienti ad horam, ſed perſeueranti.

m *Poſſidebit hæc.* in meipſum, qui ſum principium omnis beatitudinis.

†Sup. 1.b n *Timidis.* i. illis, qui timore pœnarum fidem accipere fugiunt, uel acceptam relinquunt.

☞ *Veni*

a ¶ i. annunciationem propheticam.
ro ſuo. Et audiui vocem magnam
a ¶ Quia de ſecretis agit principaliter. ¶ i. ab illis in quibus Deus ſedet. b ¶ Chriſti humanitas, in qua contra diabolum militauit.
de throno dicentem: Ecce taberna-
a ¶ i. ſicut ſibi illa æterna gloria erit, ſic & ſuis.
culum Dei cum hominibus, & ha-
bitabit cum eis. Et ipſi populus eius
a ¶ Secundum diuinitatem & præſens eis. b ¶ Quia nunquam ab eis repelletur, quia nunquam peccabunt.
erunt. Et ipſe Deus cum eis erit eo-
a ¶ Sæ pro qualitate rerum diuerſarum.
rū Deus† Et abſterget Deus omnem
a ¶ i. diſſolutio animæ & corporis.
lachymā ab oculis eorum, & mors
a ¶ Continuus fletus.
ultra non erit, neq; luctus, neq; cla-
¶ Aliqua inquietatio. a ¶ Subitus & tranſitorius.
mor, neq; dolor erit ultra: quæ pri-
a ¶ i. iam non eſt locus eorum, cum non ſit peccatum de quo hæc procedunt.
ma abierunt. Et dixit, qui ſedebat in
¶ Q. in euidenti & ſtatim. a ¶ Superius dicta.
throno: †Ecce noua facio omnia. Et
a ¶ ſ. in corde tuo & aliorum.
dixit mihi: Scribe, quia hæc uerba fi-
a ¶ Habilia, quibus fides habeatur. b ¶ Quia complebūtur.
deliſſima ſunt & uera. Et dixit mi-
a ¶ Completa ſunt, quæ complenda fuerunt.
hi: Factum eſt. † Ego ſum alpha &
a ¶ i. Deſideranti.
o, initium & finis. Ego ſitienti da-
a ¶ i. meipſum ¶ Qui eſt ipſe Chriſtus. b ¶ Quia uiuere facit. c ¶ Per ſolam gratiam.
bo de fonte aquæ uiuæ gratis. Qui
a ¶ Firmiter obtinebit. b ¶ Deum immortalem.
uicerit, poſſidebit hæc. † Et ero
a ¶ Æterna ſatietas. b ¶ In præſenti per gratiam, & in futuro per gloriam. c ¶ Quod ſupra populus.
illi Deus, & ipſe erit mihi filius. Ti-
a ¶ De hac innouatione deſperantibus.
b ¶ i. excommunicatis.
midis autem, & incredulis, & exe-
cratis, & homicidis, & fornicatori-
bus, & ueneficis, & idololatris, &
a ¶ Quibus mendacium eſt in uſu. b ¶ ſ. participantes uel plus uel minus.
omnibus mēdacibus, pars illorum
¶ Pro qualitate culpæ.
erit in ſtagno ardenti igne & ſulphu-
¶ Corporis & animæ.
re, quod eſt mors ſecunda. Et ve-
nit ad me unus de ſeptem angelis

## NIC. DE LYRA.

F ¶ a Et au. uo. magnam. *Hic tertio deſcribit Iohannes finalem conſummationem. Et primo quantum ad electos. Secundo quātum ad reprobos, ibi: Timidis autem. Circa primum dicit:* Et au. vo. ma. *ſ. diuinæ maieſtatis.*

Diuiſio

b Dicentem: Ecce tab. &c. *i. cohabitatio Dei cum hominibus inſeparabilis. quia beati habebunt ſuper eam poteſtatem per apertam uiſionem & perfectam fruitionem. Et quia per hoc excluditur omne malum culpæ et pœnæ, ideo ſubditur:* Et mors ultra non.

d Quia pri. abierunt. *Nam in eccleſia militante, quæ dicitur terreſtris Ieruſalem, iſta ſunt & erunt uſque ad iudicium.*

e Et di. qui ſe. in th. *ſ. Deus trinus & unus.*

f Ecce no. fa. omnia. *ſ. cęlos, elementa et electorum corpora, ut patet ex prædictis.*

g Et dix. mi. Scri. &c. *Ad informationem eccleſiæ &c.*

h Et dixit mihi: Factum eſt. *id eſt conſummatum eſt gaudium electorum.*

i Ego ſum alpha & o. *Quod exponitur cum ſubditur. ſ.*

k Initium & finis. *Alpha .n. eſt prima litera Græca: & o ultima. Deus enim eſt principium effectiuum, a quo omnia producuntur, & finis, in quem omnia ordinantur.*

l Ego ſitienti. *id eſt debito modo deſideranti.*

m Dabo de fonte aquæ viuæ. *id eſt participationem uitæ beatæ.*

n Gratis. *Licet enim habentes gratiam mereantur de condigno beatam uitam, tamen ipſa gratia, per quam opera fiunt meritoria de condigno, gratis datur, alioquin gratia iam non eſſet gratia.* Rom. 11.

o Qui uicerit. *carnem, mundum, & diabolum.*

p Poſſidebit hæc. *hæreditate perpetua.*

q Et ero illi Deus. *Dans gloriam.*

r Et ipſe erit mihi filius. *Per aſſimilationem perfectam. 1. Iohan. iij. a. Cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quia uidebimus eum ſicuti eſt.*

ſ Timidis autem. *Hic conſequenter ponitur finalis conſummatio quātum ad reprobos, cum dicitur:* Timidis autem, *timore mundano declinantibus ad peccata mortalia, & in eis perſeuerantibus.*

t Et incredulis. *Id eſt Iudæis, Saracenis & cæteris fidem catholicam reſpuentibus.*

u Et execratis. *id eſt reuertentibus ad peccata enormia poſt eorum condonationem, ſicut canis ad uomitum.*

x Et homicidis. *Facto uel uoluntate deliberata.*

Et

y Et fornicato. *Et per fornicationem intelliguntur cætera carnis uitia.* G

z Et ueneficis. *id eſt magis & ſortilegis.*

a Et idololatris. *Cultum Deo debitum tribuentibus creaturis.*

b Et omnibus mendacibus. *Mendacio pernitioſo. Et per hæc uitia intelliguntur omnia alia uitia mortalia.*

c Pars illorum. *id eſt retributio.*

d Erit in ſtagno ardēti igne & ſulphure. *i. in pœna gehennę, quæ dicitur mors ſecunda.*

e Et uenit ad me unus de ſeptem angel. *Hic conſequenter deſcribitur ſtatus poſt iudicium magis in ſpeciali. Sciendum tamen, quod aliqui aliter exponunt de tempore ante iudicium, & etiam ante aduentum Antichriſti, quod nituntur oſtēdere ex hoc, quod dicitur: Qui nocet, noceat adhuc: & qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc: & iuſtus iuſtificetur adhuc. poſt iudicium uero non erit tempus, nec locus meriti uel demeriti. Dicunt igitur, quòd per angelum hic introductum intelligitur Innocentius papa tertius, qui approbauit ordines fratrum minorum & prædicatorum, qui dicuntur hic ciuitas Ieruſalem noua, ſecundum illud Prouer. xviij. c. Frater qui adiuuatur a fratre quaſi ciuitas firma. Ambo enim ordines ad idem opus ſunt ordinati. ſ. ad prædicationem euangelij. Dicunt igitur, quod fundamentum huius ciuitatis ſunt Beati Frāciſcus & Dominicus, horum ordinum fundatores. dicuntur tamen in numero duodenario hæc fundamenta, quia ſunt duodecim apoſtolorum imitatores. murus uero regularis obſeruantia per præcepta & ſtatuta. portæ uero religionum ingreſſus, qui ducuntur ad quatuor orbis partes: nam ex omnibus mundi partibus aliqui ingrediuntur iſtas religiones. Angeli uero in portis exiſtentes, ſunt miniſtri & prouinciales priores, qui per ſe uel per alios recipiunt ad ordines uenientes. & ſic alia hic dicta adaptant ad ſuum propoſitum prout poſſunt. Licet autem hæc expoſitio ſaluari poſſet in aliquo ſenſu myſtico, non tamen in ſenſu literali ſicut credo. Primo, quia dicitur hic, quòd angelus introductus docuit Iohannem, dicens: Veni & oſtendā tibi &c. quod non poteſt uerificari de Innocentio papa: cum poſt Iohannem fuerit ille per mille annos & amplius. Item quia infra dicitur de hac ciuitate. Et templum non uidi in ea. dicti autem ordines eccleſias habent. Item quod ſubditur: Et ciuitas non eget ſole, neque luna. Et poſtea nec intrabit in eam aliquid coinquinatum abominationem faciens & mendacium. dicti autem ordines indigent illuminatione ſolis & lunæ, nec oēs intrantes ſunt immaculati, nec omnes bene intrantes perſeuerant in bono, ſed multi fiunt apoſtatæ & peſſimi, unde dicit Aug. Sicut non inueni meliores his, qui in monaſteriis profecerunt, ita nō inuenio deteriores his, qui in monaſterijs defecerūt. pp q̄ & plura alia q̄ poſſūt induci* Cap. ſeq. H †Hebr. 8.

¶ contra

## MORALITER.

b *Ecce tabernaculum dei &c.* Nam in talibus Deus habitat per gratiam.

c *Et abſterget deus omnem lachrimam.* Transferendo tales ſecum ad gloriam.

e *Et dixit qui ſedebat in thorno: Ecce noua facio omnia.* ſ. in reſurrectione, quando ſancti habebunt corpora glorioſa.

h *Et dixit mihi: Factum eſt.* i. conſummatum eſt hominis præmium.

i *Ego ſum alpha & o.* id eſt principium a quo cuncta oriuntur, & finis ad quem ordinantur.

l *Ego ſitienti dabo de fonte aquæ uiuæ:* Id eſt de uera beatitudine.

n *Gratis.* Sicut dicitur Ro. vj. d. Gratia Dei uita æterna.

o *Qui uicerit poſſidebit &c.* ſ. mundum, carnem, & diabolum.

ſ *Timidis autem.* Timore male humiliante.

t *Et incredulis.* Veritatis diuinæ.

u *Et execratis.* id eſt iuſte ſeparatis a ſacramentis eccleſiæ,

y *Et ueneficis.* id eſt infectis ueneno inuidiæ.

b *Et omnibus mendacibus.* pernicioſe.

c *Pars illorum &c.* id eſt participatio eorum cum dæmonibus in gehenna.

e *Et uenit ad me &c:* Quoniam bonum non mouet niſi aliquo modo cognitum, ideo quilibet fidelis debet conſiderare ſtatum ſupernæ ciuitatis, ut afficiatur ad ipſum. Ideo ſubditur:

✲ *Veni*



A a *Veni & oſten.* Deſcripta gloria, quam habituri ſunt ſancti, dicit, quo merito uel quo auxilio ſint accepturi.

b *In montem ma.* Chriſtus mons, quia munimentum ſuorum magnum eſt, quia totum mūdū replet. altus qa inſuperabilis.

c *Oſten. mi. ci.* Et ſup illū mōtē oſtēdit eccleſiæ fundamētum.

d *Lumen.* Ipſa lucens pro modo ſuo, ſimilis Chriſto, qui fuit in propoſito firmus, & lucens in uirtutibus.

e *Iaſpi.* Durus hic & viridis, ſic eccleſia nitet fide, & in ea firmata eſt.

f *Murum.* i. Chriſtum defenſorem, qui magnus in Sion, altus cum patre. Vel defenſores aliorum, qui magni in uincendo alios. Alij ne uincātur. i. apoſtolos, uel prophetas, uel angelos ueritatis nuncios.

g *Portas duo.* i. patriarchas, per quorū exemplū alii ad fidē introducūtur. Vel portæ apoſtoli, qui alios intro ducunt in eccleſiam †Angeli. i. ſubditi, qui perfecte inſtructi in loco angelorum ſunt ſubſtituti. Numerus portarum duodecim, quæ per quatuor mūdi partes ſub ternario comprehenduntur, ad myſterium pertinet duodecim apoſtolorū, per quos fides trinitatis diffunditur per orbem quadripertitum.

†Angelis

h *Nomina.* i. memoria ſanctorū patrū in ueteri lege eſt in apoſtolis, quia qđ illi p̄dixerūt futurū, hi docēt cōpletū. Vel oēs gētes in fide apoſtolorū poſitæ & dilectione eorū. Vnde: Epiſtola noſtra uos eſtis ſcripta in cordib. nr̄is. 1. Cor. 3.a.

†angelos i *Ab oriente.* Oriēs Iudæi, a quibus ſol iuſtitiæ ortus eſt. & in his portæ tres, quia in his primum fides trinitatis nūciata ab apoſtolis & a prophetis. Aquilo frigidæ gentes, quæ poſt Iudæos crediderunt. Ab auſtro. i. a claritate fidei, quæ eſt ab aduentu Chriſti. Ab occaſu. i. ab ultima ętate mundi, quæ per

B Eliam & Enoch fidem trinitatis recipiet.

☞ *Murus*

habentibus phialas plenas ſeptem
a ¶ Quantum ad malos.
plagis nouiſſimis, & locutus eſt me-
a ¶ Amplia intellectum.
cum, dicens: Veni & oſtendam ti-
a ¶ Modo per fidem b ¶ In futuro glorificandam & traducendam.
bi ſponſam uxorem agni. Et ſuſtu-
a ¶ Chriſtum.
lit me in ſpiritu in montem ma-
a ¶ Quantum ad humanitatem. b ¶ Quantū ad diuinitatē.
gnum & altum, & oſtendit mihi ci-
a ¶ In qua Deus per gratiā habitat. ¶ Per infuſionem gratiæ.
uitatem ſanctam Ieruſalem deſcen-
dentem de cœlo a Deo habētem cla-
a ¶ Id eſt cognitionem de Deo. b ¶ Id eſt luminoſa opera: Endiadis figura eſt.
ritatem Dei. Et lumen eius† ſimile
lapidi præcioſo, tanquam lapidi
a ¶ Nihil ibi contriſtans, ſed totum delectans, ſicut uiriditas iaſpidis. b ¶ Nihil celans, quia ibi pura confeſſio
Iaſpidis ſicut cryſtallum. Et habe-
bat murum magnum & altum, ha-
a ¶ i. in fide & in ueſtigiis prophetarum.
bentē portas duodecim, & in portis
a ¶ Apoſtolos.
† angelos duodecim, & nomina
a ¶ i. memoria ſanctorum patrum in ueteri lege.
inſcripta, quæ ſunt nomina duode-
cim tribuum filiorum Iſrael. Ab o-
riente, portæ tres, ab aquilone, por-
tæ tres, ab auſtro, portæ tres, & ab

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *contra expoſitionem prædictam, inquantum dicunt eam literalem eſſe, uidetur mihi, quod ciuitas hic deſcripta eſt Ieruſalem ſuperna. vnde poſt præmiſſa uerba de ingreſſu ciuitatis, ſubditur: Niſi qui ſcripti ſunt in libro uitæ & agni, hi ſunt prædeſtinati, qui etiam Ieruſalem ſupernam ingrediuntur, & nulli alij. Et ideo ſicut iam præmiſi deſcribitur hic ſtatus eccleſiæ triumphantis magis in ſpeciali. Et primo quo ad ſitum ſublimē. præmittitur tamen perſona alloquens Beatum Iohannem, cum dicitur:* Et uenit ad me unus de ſeptem ang. &c. *Per hunc. n. intelligitur B. Iacobus, qui ſupra dictus eſt unus de ſeptem angelis habentibus phialas, et præceſſit Beatum Iohannem in gloria, propter quod ex Dei uoluntate potuit ei reuelare ſecreta cęleſtia.* Cap. 17.

a Veni & oſtendam tibi ſponſam. *i. Ieruſalem ſupernam, ut dictū eſt in principio capituli, quæ dicitur uxor agni modo ſpeciali, quia coniungitur ei inſeparabiliter & æternaliter. non ſic autem eccleſia militans: quę ceſſabit in fine mundi, ſicut imperfectum ueniente perfecto, & figura figurato adueniente. Sicut enim lex vetus imperfecta fuit, & figura reſpectu nouæ legis, ſic eccleſia militans reſpectu triumphantis, cuius ſtatus omnino perfectus erit in reſurrectione generali. extunc enim electi ſeparabuntur a reprobis, & erunt in anima & corpore perfecte beati: reſurgent enim in corporibus glorioſis per animæ gloriam ad corpora redundantem.*

b Et ſuſ. me in ſpi. *Hoc dicit ad oſtendendum, quod non uidit tunc gloriam electorum prout erit in ſe, ſed in aliquo eam repreſentante ſ. in ciuitate, quæ infra deſcribitur, quam uidit imaginaria uiſione, & cuius ſignificationem intellexit, aliter non fuiſſet uiſio prophetica, ſicut declaratū fuit diffuſius in prin. lib. Pſal. & in prin. lib. Dan.*

c In montem magnum & altum. *Per quem deſignatur cælum empyreum, quod ſecundum ſanctos & doctores eſt locus beatorum, & in corporalibus habet ſitum ſupremum.*

d Et oſtendit mi. *Hic conſequenter deſcribitur quantum ad pulchrum aſpectum, cum dicitur:*

e Ciuitatem ſanctam Ieruſalem. *ſcilicet ſupernam.*

f Deſcendentem de cælo. *Nam animæ beatæ deſcendent ad reſumendum corpora, & communicandum eis gloriam, ut dictum eſt ſupra, in prin. cap. & etiam ibi incipiet ſtatus perfectus beatitudinis electorum. Poteſt etiam aliter exponi, quia beatitudo cæleſtis non poteſt ab electis haberi, niſi prius quodammodo ad eos deſcēdat in præſenti, nam donum gratiæ, per quod efficiuntur digni uita beata, eſt quędam inchoatio &*

participatio

*participatio gloriæ, propter quod in oratione dominica ſecunda petitio ponitur: Adueniat regnum tuum. i. ad nos ueniat, quia non poſſumus uenire ad ipſum niſi prius ad nos ueniat modo dictum.* C Mat. 6.b

g Habentem cla. Dei. *nam claritas beatorum quantum ad gloriā animæ & etiam corporis, eſt quædam participatio diuinę claritatis, per quā beati ſibi conformantur. 1. Ioh. iij. a. Scimus quoniam cum ap. ſi. ei eri.*

h Et lu. eius ſi. la. præ. *i. Chriſto, qui dicitur lapis precioſus. 1. Petr. 2. b. Ecce ponam in Sion la. ſum. an. elec. precioſum. In beatitudine namq; cæleſti per gloriā corporis & aīæ cōformabūtur hoī Xp̄o ſicut membra capiti.*

i Tanquam la. ia. ſi. cry. *Nōatiui caſus eſt & neutri generis, ſecūdū acceptionem antiquorum. Comparatur autem Chriſtus iaſpidi, tum propter pluralitatem colorū, & in Chriſto ſunt tres naturæ. ſ. diuina, & anima intellectiua, & corpus: Tum quia iaſpis confortat uiſum, & beati delectantur in uiſione Chriſti. nam aſpectu ſuæ diuinitatis reficiuntur interius, & aſpectu ſuæ humanitatis exterius, ſecundum quod dicit Aug. exponens illud Iohan. x. Ingredietur & egre. &c.* Chriſtus cōparatur Iaſpidi.

k Sicut cryſtallum. *Quod ualet cōtra ſitim & ardorem. Et ſimiliter Chriſtus eſt remediū contra ſitim & ardorem cupiditatis, eo quòd tenuit uiam paupertatis.* †Eze. 28.c

l Et ha. *Hic conſequenter deſcribitur ſuperna Ieruſalem quantum ad ciuitatis ædificiū. Et primo in generali. Secundo magis in ſpeciali, ibi: Et qui loquebatur mecum. Circa primum dicitur:* Et habebat murum magnum & altum. *i. ſpiſſum & altum. per quem deſignatur ſecuritas diuinæ protectionis, quę maxime relucet in ſtatu ſupernæ beatitudinis, quam nullus habens poteſt amittere.* Diuiſio

m Habentem portas duodecim &c. *quæ ſunt obſeruationes mandatorum, per quas habetur ingreſſus ad beatitudinis ſtatum, Matt. xix. cap. Si uis ad uitam ingredi &c. Et ideo ſunt duodecim. Nam obſeruatio decem præceptorum decalogi cum duobus præceptis charitatis facit ad uitam ingredi.* D

n Et in por. an. duo. *Nā electorū animæ deferuntur ad cęlū p miniſterium angelorum, Luc. xvi. e. Factum eſt autem, ut mo. me. & por. & cæ.*

o Et nomina inſ. quæ ſunt no. duo. tri. filior. Iſra. *i. omnium fidelium, qui indifferenter admittuntur ad regnum ſine acceptione perſonarum.*

p Ab oriente portæ tres &c. *Nam ex omnibus orbis partibus colligūtur electi intrantes ianuas paradiſi. Dicuntur etiam portæ tres ad quamlibet orbis partem principalem. nam in fide trinitatis recipiuntur electi ad gloriam cæleſtem.*

¶ Et murus

## MORALITER.

✲ a *Veni & oſten. tibi ſpon. uxo. ag.* id eſt eccleſiā triumphantem.

b *Et ſu. me in ſpi. in mon. mag.* quaſi in contemplationis exceſſum.

d *Et oſtendit mi. ciuita.* ſcilicet Ieruſalem cœleſtem.

f *Deſcendentem de cælo.* Hoc dicitur, quia non poſſumus aſcendere ad gloriam, niſi prius ad nos deſcendat per gratiam. propter quod petimus in oratione dominica: Adueniat regnum tuum. Mat. 6.b

g *Habentem claritatem Dei.* id eſt Dei claram uiſionem.

h *Et lumen eius ſi. la. prec.* id eſt Chriſto homini, qui dicitur lapis abſciſus de monte ſine manibus, eius enim gloriæ conformantur cæteri ſancti, ſicut membra capiti. Dan. 9.

i *Tanquam lapidi Iaſpidis.* In quo eſt uarietas colorum deſignans in homine Chriſto varietatem chariſmatum & donorum.

k *Sicut Cryſtallum.* quod dicitur ſedare ſitim, & Chriſtus ſua deitate ſedat totaliter deſiderium humanum.

l *Et hab. mu. mag.* Per quem ſignificatur ſecuritas poſſeſſionis.

m *Habentem por. duo.* Per quas ſignificantur decem præcepta decalogi cum duobus præceptis charitatis, per quæ tanquam per portas eſt ingreſſus ſupernæ ciuitatis. Matt. xix. c. Si uis ad uitam ingredi, ſerua mandata.

n *Et in portis angelos duo.* Per angelorum enim miniſterium inducuntur ad regnum cęlorum. Luc. xvij. c. Factum eſt autem ut moreretur men. & por. ab. an. &c.

o *Et no. inſcrip. quæ ſunt no. duo. tri. Iſ.* id eſt bonorum Chriſtianorū, ad quos deuoluta ſunt nomina filiorum Iſrael, ut habetur Ro. ij.

e Et ſanctus &c. *Viuendo munde ad ſeipſũ. Secundo in ſuperioribus frequenter dictũ eſt de retributione bonorum & reproborum, & quantum ad hoc dicitur in perſona Chriſti.*

¶ Ecce ue-

## MORALITER.

✻ a *Per menſes ſingulos.* Menſis dicitur a mene quod eſt defectus: iſti vero fructus reuelant ſingulos defectus.

b *Et folia ligni &c.* Folia poſſunt dici Chriſti verba, quibus multitudo Gentium eſt ab infidelitate ſanata.

c *Et omne male. non erit am.* Nihil enim continetur in ſacra ſcriptura, quod non ſit inductiuum ad bonum.

d *Sed ſedes Dei & agni in illa erunt.* Nam in ipſa vtraque reperitur deſcripta.

e *Et ſerui eius.* i. deuoti ſtudentes.

f *Ser. il.* p̃dicãdo populis, & Deũ colendo.

g *Et videbunt faciem eius.* Per ſpeculum & in ænigmate in prȩſenti, & facie ad faciem in futuro. †Sup. 1.a

h *Et nomen eius* (ſcriptum eſt) *in frontibus eorum.* per fidelem & apertam cõfeſſionẽ.

i *Et nox ultra non e.* i. nulla obſcuritas, ſed uiſio clara. Cætera patent uſque ubi, †47. diſ.c. quantumbet

t *Et poſt. au. &c.* Et exponatur ſicut ſu. xix.

u *Et dixit mihi: Ne ſignaueris uerba &c.* qa ſacra ſcriptura nõ eſt occultãda, ſed magis explanãda & p̃dicanda, locis tamen & temporibus debitis. Vnde in eius perſona dicitur Ec. xxiiij. c. Qui elucidant me, uitam æternam habebunt.

y *Qui nocet, noceat adhuc,* Id eſt nocebit. ita ꝙ ponitur optatiuus pro indicatiuo. Et ſimiliter cum dicitur,

a *Et qui in ſor. eſt &c.* Q. d. p ſacrã ſcripturam non mutatur liberũ

✻ arbitrium



A a *Beati qui lauant.* quia dixerat, nocens noceat, ſordens ſordeſcat. ne aliquis malus diceret, cum ſim malus, quare me pœniteret, dicit: non ſolum beati ſunt, qui maiorem recipiunt p̃ſecutionem, ſed etiam illi, qui contaminauerunt ſtolas ſuas quas in baptiſmo acceperunt, ſi deinde lauerunt eas, & eos peccaſſe pœniteat.

b *Ego Ieſus.* Commendauit librum per angelum per ſui dignitatem, mõ etiam per autoritatem ipſius Chriſti, q. d. omnes audientes ſciant, quòd ego Ieſus mi. a. m. teſtificari vobis hæc.

c *Stella ſplendida.* Clara ſtella. i. magna claritas annuncians diem. i. futuram beatitudinem, per meam reſurrectionem in mane factam.

†Iſa. 44.a Sup. 1.b. & d

d *Et ſpiritus* i. trinitas, quæ pro puritatis excellentia ſpiritus dicitur: *Et ſpiritus & ſponſa dicunt.* Hic etiam ſubdit teſtimonium trinitatis & fidelium. Q. ideo debetis recipere, quia ſpiritus & ſponſa &c.

†cuſtodiũt mãdata illius

e *Et qui ſitit ueniat.* Et non tamen quilibet, ſed ille tantum ueniat, qui ſitit, id eſt credere deſiderat.

f *Qui uult accipiat aquam uitæ gratis.* Et non eſt labor, quia ſola uoluntas ſufficit.

g *Conteſtor enim omni audienti uerba prophetiæ libri huius.* Poſtquam commendationem poſuit per ſe, per angelũ, per Chriſtum, per trinitatem, per fideles: quia quoſdam ſciebant eſſe in Aſia, q pro ſuis erroribus fouendis aliquid adderent vel demerent, ſupponit excommunicationem.

h *Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti.* conſummatio Apoſtoli in uerbo Chriſti.

¶Vel iuſtitiam faciat, 2'ia litera. ¶Vere tẽpus eſt breue.
ſanctificetur adhuc. Ecce venio ci a
to, & merces mea mecum eſt, red
¶Scilicet. a ¶Vel ſecundum. b ¶Vni plus, alij minus.
dere unicuique iuxta opera ſua.
a ¶Et potero facere quia ego &c. b ¶Omnium rerũ. c ¶Omnium creaturarum.
† Ego ſũ alpha & o, primus & no- b
a ¶A quo omnia cœperunt. ¶In quo omnia cõſummãtur.
a uiſſimus, principium & finis. Bea c
ti, qui † lauant ſtolas ſuas in ſan-
¶Ite dico lauant ut &c.
guine agni, ut ſit poteſtas eorum d
¶Vt poſſint edere de ligno vitæ
in ligno uitæ, & per portas intrent e
a ¶i. fidẽ doctorũ. b ¶Scilicet. ¶Sunt. c ¶Oblatrãtes.
in ciuitatem. Foris autem canes, f
a ¶Ad literam. ¶Sunt hi miſeri, & illi beati.
& uenefici, & impudici, & homi- g h
cidæ, & idolis ſeruiẽtes, & omnis i k l
a ¶Audiendo. b ¶Inuenit. ¶Et mihi hoc eſt credendum, quia.
b qui amat, & facit mendaciũ. Ego m
Ieſus miſi angelum meum teſti-
a ¶Et mihi hoc eſt credendum quia.
ficari uobis hæc in eccleſijs. Ego n o
a ¶Cum & ab eo genitus. b ¶Suſtentamentum. c ¶i. huius mundi noctem illuminans.
c ſum genus & radix Dauid, ſtella p
¶Vel, ſponſus & ſponſa.
d ſplendida & matutina. Et ſpiri- q
a ¶Ad noticiam libri.
tus & ſponſa dicũt, ueni. † Et qui r ſ
a ¶Librum intelligit. b ¶Alijs. c ¶Ad noticiam eorum quæ in hoc libro ſunt. d ¶Deſiderat credere Chriſto.
e audit, dicat, ueni. † Et qui ſitit ue t u x
a ¶Per veram fidem. b ¶Se præparando & volendo.
f niat, & qui vult accipiat aquam y
a ¶Sine pretio meritorum. b ¶Q. Angelus teſtificatus eſt mihi, ſimiliter ego conte. &c.
g uitæ gratis. Conteſtor enim omni z a
audienti uerba prophetiæ libri
a ¶Hoc. ſ. conteſtor. b ¶Vt errorem inde foueat.
huius. Si quis appoſuerit ad hæc b
apponet Deus ſuper illum plagas
¶De phialis ſupra & tubis.
ſcriptas in libro iſto, & ſi quis di-
minuerit de verbis libri prophe-
tiæ huius, auferet Deus partem
eius † de libro uitæ, & de ciuitate
ſancta, & de his, quæ ſcripta ſunt
¶Q. d. excommunicationis.
in libro iſto. Dicit qui teſtimo- c
a ¶Cauete vobis, quia ego ve-
nium perhibet iſtorum. Etiam ue d
a ¶Conuerſio ad Deum. ¶Etiam quaſi uera ſunt omnia & qui mutat excommunicatur. b ¶Ad remunerandum ¶Veni domine & noli tardare.
nio cito. Amen. ✻ Veni domine e
a ¶Sicut ſupra incœpit a gratia, ita finit.
h Ieſu. Gratia domini noſtri Ieſu
Chriſti cum omnibus uobis:
Amen.

## NIC. DE LYRA.

B ¶ a Ecce uenio cito &c. *quòd hoc poſſit oſtendit, di.*

b Ego ſum alpha & o, *i. cauſa effectiua & finalis omnium ſicut alpha eſt prima litera Græca, & o vltima.*

c Beati qui la. ſto. ſuas. *aquis pœnitentiæ in præſenti. Quod autem in aliquibus libris ſubditur: In ſanguine agni, non eſt de textu, nec habetur in antiquis biblijs.*

d Vt ſit po. eo. in ligno uitę. *i. in futuro ſiuĩtur Chriſto, cuius diuinitate reficiuntur beati interius & eius humanitate exterius.*

e Et per portas intrant in ciuitatem. *i. per obſeruationes mandatorum intrant ad vitam ęternam.*

f Foris canes. *i. guloſi & detractores contra bonos latrantes.*

† de ligno g Et uenefici. *i. inuidiæ ueneno pleni.*

h Et impudici. *i. ſeipſos interficientes.*

i Et homicidę. *corporales & ſpirituales.*

k Et idolis ſeruientes. *quod eſt peccatum directe contra Deum.*

l Et omnis qui amat & facit mendacium. *Ille amat, qui delectatur mendacia proferẽdo. ſed hypocrita facit mendacium. nam hypocriſis eſt mendacium in facto.*

*etiam m Ego Ieſus miſi angelum meum teſtificari uobis. *ſ. punitionem malorum, & præmiationem bonorum.*

n In eccleſiis. *quæ ſunt per orbem vniuerſum. Tertio in ſuperioribus dictum eſt frequenter de Chriſti excellentia, & quantum ad hoc ſubditur in eius perſona.*

o Ego ſum genus & radix Dauid. *i. de radice Ieſſe ſicut Dauid eſt de genere eius quãtum ad humanitatem, ſcđm quod dicitur Iſa. xi. a. Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet &c. qui flos eſt Chriſtus ſecundum ſenſum literalem, ſicut diffuſius fuit ibi dictum:*

p Stella ſplendida & matutina. *quantum ad diuinitatem, illuſtrans omnem hominem venientem in hunc mundum. Iohannis. 1.*

q Et ſpiritus & ſponſa dicunt ueni. *Nota hæc eſt uera litera & ſic habent libri correcti. dicit autem ſpiritusſanctus Chriſto.*

r Veni. *ſ. ad iudicium ad iuſtos præmiandum. Quod dupliciter poteſt intelligi. Vno modo, quia facit iuſtos hoc dicere, qui præmiari deſiderant a Chriſto iudice, eo modo loquendi, quo dicitur Rom. viij. e. Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, id eſt poſtulare facit ſecundum omnes expoſitores catholicos. Alio modo, quia ſicut filius miſſus fuit in mundum a patre & ſpiritusſancto, ſicut in perſona eius dicitur Iſa. xlviij. c. Miſit me Deus & ſpiritus eius, ſicut ibidem plenius fuit oſtenſum, ſic in aduentu ad iudicium mittetur a patre & ſpiritusſancto.* Et ſponſa. *id eſt eccleſia militans, quæ deſiderat coniungi eccleſiæ triumphanti, quod fiet in iudicio finali.* C

ſ Et qui audi. *a ſpiritu per inſpirationem, et ab eccleſia per prædicationem.*

t Dicat ueni. *deſiderando ſecundum aduentum Chriſti. vnde Lucæ vigeſimo primo. f. dicit Saluator loquens de eius aduentu ad iudicium: His autem fieri incipientibus reſpicite & leuate capita veſtra, id eſt exhilarate corda. prout exponit Gregor. quoniam appropinquat redemptio veſtra.* - ſanguine agni / Lib. hom. in euang. hom. 1 tom. 2.

u Et qui ſitit. *deſiderando gloriam.*

x Veniat. *per gratiam.*

y Et qui uult accipiat aquam uitæ. *id eſt gloriam, quæ eſt uita animæ.*

z Gratis. *nam hic habetur per Chriſti meritum in baptiſmo, dum tamen non ponatur obſtaculum.*

a Conteſtor enim omni audienti uerba prophetiæ libri huius. *Hæc eſt vltima pars, in qua ponitur prædictorum confirmatio, quia nihil ibi continetur ſuperfluum aut diminutum, ideo ſubditur.*

b Si quis appoſuerit ad hoc. *ſcilicet diſcrepantia a veritate euangelij, ſicut faciebant Ebion & Cherinthus hæretici, qui tempore illo addebant aliqua diſcrepantia a veritate euangelij, & aliqua diminuebant de eius veritate dicentes Chriſtum ante Mariam non fuiſſe. per hoc tamen non excluditur, quin poſſint aliqua dici licite, quæ faciunt ad declarationem ſacræ ſcripturę & ſic faciunt doctores ſancti.* D †Iſa. 55.a †36. di. c. q eccleſiaſticis. § cccc.

c Dicit, qui teſtimonium perhibet iſtorum. *ſcilicet Chriſtus.*

d Etiam uenio cito. *ad iudicium cuilibet in morte. nam qualis vnuſquiſque inuenitur in morte, talis præſentabitur in iudicio. generaliter autem veniet omnibus ad iudicium in generali reſurrectione.*

e Veni domine Ieſu. *hoc dicit Iohannes conformando ſe ſpiritui ſancto & eccleſiæ. ideo ſubditur eius oratio pro omnibus fidelibus, cum dicitur:* Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus uobis, Amen.

## MORALITER.

✻ arbitrium, quin flexibile ſit ad bonum & ad malum.

a *Ecce venio cito.* ſcilicet in morte cuiuſlibet hominis, cuius eſt uita breuis.

c *Beati qui lauant ſtolas ſuas in ſanguine agni.* id eſt conſcientias per veram pœnitentiam.

d *Vt ſit poteſtas eorum in ligno uitæ.* ipſum deguſtando inchoatiue per gratiam, & conſummatiue fruendo per gloriam.

q *Et ſpiritus & ſponſa dicunt ueni.* Gloſſa interlinearis, ad noticiam libri, ſcilicet ſacræ ſcripturæ: ad cuius noticiã inducũt Xp̃s & eccl'ia ſpõſa eius.

ſ *Et qui audit.* id eſt intelligit.

t *Dicat, ueni.* nam intelligentes ſacram ſcripturam inducere debent alios ad eius intelligentiam.

u *Et qui ſitit ueniat.* nam deſiderantes ipſam, inueniunt eam.

a *Conteſtor enim omni audienti uerba prophetiæ &c.* per hoc præcluditur via præſumptuoſis addendi vel diminuendi in expoſitione ſacræ ſcripturæ aliquid diſſonum a fidei veritate: & quia verus intellectus ſacræ ſcripturæ nõ hr̃ niſi per donũ gratiæ, ſubditur in fine: *Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus uobis. Amen.*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E *INCIPIT LIBELLVS EIVSdem Nicolai de Lyra: continens pucherrimas quæſtiones Iudaicam perfidiam in catholica fide improbantes.*

PRIMO Quæritur. vtrum ex ſcripturis receptis a Iudæis poſſit efficaciter probari ſaluatorem noſtrum fuiſſe Deum & hominem. Et arguitur primo quòd ſic, quia tamen quæſtio duo includit. Vnum, quod pertinet ad perſonam Chriſti.ſ. quòd ſit Deus & homo. Aliud ad tempus .ſ. quòd ſit Chriſti myſterium completum, ideo de vtroque arguitur. Et primo per id, quod habetur Iere.xxiii.a. Ecce dies veniunt dicit dominus, & ſuſci. Da. ger. iuſtum &c. Ex quo patet Chriſtum promiſſum ex ſemine Dauid, & per conſequens verum hominem. Et ſequitur in eadem autoritate, quæ de Chriſto loquitur: In diebus illis ſaluabitur Iuda, & Iſrael habitabit confidenter: & hoc eſt nomen, quod vocabunt eum: dominus iuſtus noſter. Ex quo patet eius diuinitas. De ſecundo, videlicet de tempore, arguitur per illnd Aggęi.ii.b. vbi de Chriſto dicitur: Veniet deſideratus cunctis gentibus, & re.do. iſtam gloriã, dicit dominus exercituum. propheta autem ibi loquebatur de domo Dei ædificata a filiis Iſrael poſt reditum de captiuitate Babylonyca. ergo ſtante illa domo venit Chriſtus. domus autem illa deſtructa fuit.xlii anno a paſſione domini per Titum & Veſpaſianũ. ergo ante erat completum Chriſti myſterium. & ſic patet propoſitum. In contrarium autem arguitur, quia inter Iudæos ſunt & fuerunt multi homines ingenioſi, & in ſcripturis legis & prophetarum valde ſtudioſi. ergo ſi prædicta poſſent haberi efficaciter per ſcripturas ab eis receptas, non eſſet veriſimile, quòd tandiu ſtetiſſent in tali errore: igitur &c. Reſpondeo, hic ſunt principaliter duo intendenda. Primum eſt, quæ ſunt ſcripturæ a Iudæis receptæ. Secundum vtrum prędicta poſſint per illas ſcripturas probari probatione efficaci. Circa primum ſciendum, quòd libri canonici veteris Teſtamenti ſunt ab eis recepti tanquam Deo inſpirante ſcripti: & ſunt in vniuerſum. xxii. ſecundum antiquam computationem, & xxiiii ſecundum modernam: quia Lamentationes Ieremiæ & liber Ruth, ponuntur modo pro duobus libris, a libris Ieremiæ & Iudicum ſeparatis. De iſtis autem libris aliqui dicuntur legales.ſ. quinque libri Moyſi, & ſunt in primo ordine apud Iudæos. Alij dicuntur prophetales.ſ. Ioſue, Iudicum, Samuel.i. primus & ſecundus Regum. Malachi.i. tertius & quartus Regum. Iſaias Ieremias Ezechiel & liber xii. prophetarum, qui dicitur tereaſta. & iſti octo ſunt in ſecundo ordine. Reliqui vero dicuntur agiographi id eſt ſcripturæ ſanctæ, vel ſanctorum ſcripturę. Et ſunt iſti, liber Iob: liber pſalmorum, parabolę, Eccleſiaſtes, Cantica cãticorum, Paralipomenon, Daniel, Eſdra & Eſter, Ruth, lamentationes Ieremiæ, & iſti ſunt in tertio ordine. Conſiderandum etiam: quòd iſti libri ſunt apud eos multipliciter conſcripti. Vno modo pure Hebraice, & ſic primo traditi ſunt, videlicet ſermone Hebraico cũ literis Hebraicis. Alio mõ Hebraice ſed non pure, uidelicet ſermone Chaldaico, ſed literis Hebraicis. Sed quia Hebraicum & Chaldaicum ſunt idiomata propinqua eundẽ numerum literarum habentia, q́ literæ quãuis diſcrepent in figura, tñ conueniũt in ſono & virtute, vt dicit Hier. in prol. Galeato. & ideo vnũ idioma poteſt faciliter ſcribi per literas alterius. Hoc igitur modo plures ſcripſerunt vetus Teſtamentum: & maxime Ionathan filius Oriel, cuius ſcriptura eſt ita autentica apud Hebræos, quòd nullus adhuc auſus fuit ſibi contradicere. propter quod in libris notabilibus Iudæorum ponitur Hebraicum purum in vna columna & Chaldaicum ſcriptum ab iſto Ionathan literis Hebraicis in altera: & vtuntur Iudæi iſto Chaldaico quaſi pro expoſitione & quia aliqua, quę erãt multum obſcura in Hebraico puro, clarius ponuntur, & quaſi exponuntur in iſto Chaldaico, vt infra patebit magis. Et ideo illa tranſlatio neceſſaria eſt ad diſputandum cum Iudæis in paſſibus multis. Similiter tranſlatio. Lxx. interpretum apud eos, habetur ſaltem apud aliquos ſtudioſos. Illi enim. Lxx. fuerunt electi de toto populo Iſrael tanquam excellentiſſimi & ſtudioſiſſimi ac periti in litera Hebraica & Græca, ſecundum quòd dicit Ioſephus. ipſi autem non ſemper tranſtulerunt de Hebraico in Gręcum verbum ex uerbo, ſed frequenter ſenſum ex ſenſu, mutantes aliqua vel occultantes ex induſtria ea, quę poſſent eſſe cauſa erroris Ptolemęo regi. Hanc autem trãſlationem voluerunt habere ſtudioſi Hebręorum tanquam factum ſapientiſſimorum virorum. & dato quòd nuſquã ab eis haberetur, non tamen poſſunt ipſam negare, cum fuerit facta a ſapientiſſimis & valentioribus de toto populo & in tanto numero. Et ideo de illa poſſumus nos iuuare ad probandum aliquid ipſis Iudæis, ſicut infra patebit. Item præter ſcripturas canonicas ſunt aliæ ſcripturæ a Iudæis receptę tanquam autenticę .ſ. Thalmud, & ſecundum eos ſcriptura iſta non diffet a ſcripturis canonicis, niſi ſicut lex data verbo a lege data ſcripto, quia iſta fuit reuelata Moyſi a Deo, ſicut illa, quæ ſunt ſcripta in libris Moyſi, ſed Moyſes non ſcripſit ea quæ continentur in Thalmud. Et hoc potuit eſſe duplici

*Scripturę à Iudais rece ptæ*

F

*Autoritas Septuaginta*

*Antiq. lib. 12.c.2.*

*Thalmud*

G ſe duplici de cauſa, vt pote quia non erat neceſſarium, vt populus ſciret talia, ſicut erat neceſſarium de præceptis in lege: vel quia iſta erant magis in ſecretis habenda. Moyſes tamen tradidit ea Ioſue & aliis ſenioribus verbo ſicut habuerat a domino, & aliis poſterioribus eodem modo, & ſic conſequenter quouſq; ſcripta ſunt talia per poſteriores doctores ne cederent in obliuionem. Similiter dicta doctorum Hebraicorum, qui gloſſauerunt vetus Teſtamentum, ſunt autentica apud eos multo magis quàm apud nos dicta Hiero. & Aug. & aliorum doctorum catholicorum. Et hoc potiſſime per id, quod ſcribitur Deut. xvii.b. Non declinabis neque ad dex. &c. vbi loquitur ſcriptura de ſacerdotibus & doctoribus, ad quos præcipit ſcriptura in dubiis recurrere: & eorum ſententiam indiſcuſſe tenere. Licet autem huiuſmodi ſcripturæ in magna parte ſint falſæ.ſ. Thalmud & gloſſæ doctorum Hebraicorum, tamen per eas poſſumus cõtra eos efficaciter arguere, ex quo ſunt ab eis prædicto modo receptę. Sicut econtrario argumentum, quod facerent contra nos ex euangelio & ſcripturis apoſtolorum, huiuſmodi eſſet efficax contra nos, licet reputent huiuſmodi ſcripturas falſum continere. Viſo quæ ſcripturæ ſint a Iudæis receptę, ſecundo videndum eſt, an id, quod in quęſtione ponitur, poſſit per illas ſcripturas efficaciter probari. Et diſtinguo primo de probatione efficaci, quia probationis efficacia poteſt dupliciter accipi. Vno modo, quòd ſit ita efficax probatio, quòd nullo modo poſſit euitari ſine euidenti negatione vel cõtradictione ſcripturæ prædictæ. & ſic mihi videtur, quòd adhuc non ſit probatum, quod in quæſtione quæritur per dictam ſcripturam. Cuius ratio eſt, quia myſterium trinitatis & incarnationis Chriſti expreſſius ponitur in nouo Teſtamento quam veteri, ſicut patet manifeſte & omnibus conceditur: & tamen multi hæretici totum nouum Teſtamentum recipiunt, & pro ſuis erroribus exponunt. Aliqui tamen ipſorum negant trinitatem perſonarum in diuinis, ſicut Sabellius, aliqui negant diuinitatem in Chriſto, ſicut Arrius. aliqui veram humanitatem, ſicut Manichęus, qui dixit Chriſtum habere carnem phantaſticam, ad quod ſequitur ipſum non fuiſſe verum hominem, quia caro vera eſt de veritate naturæ humanæ. Similiter Arrius dixit ipſum non habere animam intellectiuam, ſed verbum ſupplere animę locum: quod tamen uerbum dicitur eſſe creatum. Similiter Apollinaris dixit ipſum non habere animam intellectiuam, licet aſſumpſerit animam ſenſitiuam. & ad dictum vtriuſque ſequitur Chriſtum non fuiſſe verum hominem, cum ab anima intellectiua accipiatur ſpecies humana. Si igitur dicti hæretici exponebant pro ſe ſcripturam veteris Teſtamenti: multo magis Iudæi poſſunt pro ſe exponere ſcripturam veteris Teſtamenti. Alio modo poteſt accipi probationis efficacia per ſcripturam, ſic quòd licet ſcriptura poſſit aliter exponi aliquo modo, ſaltem ad euadendum abſq; contradictione manifeſta, tamen ſimpliciter loquendo non poteſt alio modo rationabiliter exponi, quin ſemper appareat expoſitio fidei catholicæ rõnabilior. Et hoc modo credo, ꝙ id, qđ poſitum eſt in qõne, probatum eſt ſatis per ſcripturam ve. Te. & iterum põt hoc idem probari hoc mõ procedendo. In qõne aũt ponuntur duo, vt dictum eſt. Vnum, quod pertinet ad tp̃s.ſ, vtrum tp̃s aduentus Chriſti ſit præteritum. Secundum, quod pertinet ad perſonam Chriſti, utrum ſit Deus & homo in una perſona: & iſtud implicat duo, quia fides catholica ponit unionem naturæ diuinæ & humanæ in determinata perſona.ſ. filij & nõ patris nec ſpirituſſancti: & ex hoc ſupponitur pluralitas perſonarum in diuinis, quod fortiſſime negatur a Iudæis. Et ideo ad probandum, quod in quæſtione ponitur per ſcripturam a Iudæis receptam, iſta tria ſunt per ordinem declaranda ex eadem ſcriptura. Primum eſt, quòd in unitate diuinæ eſſentiæ eſt pluralitas perſonarum ſiue ſuppoſitorum. Secũdum eſt, quòd in perſona filii, natura humana & diuina ſunt unitæ, ita quòd ipſe eſt uerus Deus & uerus homo. Tertium eſt quòd hoc factum eſt de præterito, & non expectandum de futuro, ſicut expectant Iudæi, & in hoc ſunt ualde decepti. Ad declarationem primi primo induco argumentum magiſtri ſentẽtiarum diſ. ii. primi libri, qui probat pluralitatem perſonarum in diuinis per illud, quod ſcribitur in principio Ge. In principio creauit Deus cęlum & terram &c Hebraica veritas ſic habet: In principio creauit Elohim cælum & terram. Elohim eſt nomen plurale huius nominis uel Eloha, quod ſignificat Deum in ſingulari. & hoc ſatis patet ſcientibus proprietates idiomatis Hebraici. per hoc autem quòd nomen plurale diuinum coniungitur cum verbo ſingularis numeri, cum dicitur: Creauit Elohin: ac ſi diceret, creauit dii: oſtenditur in ſcriptura, quòd in Deo eſt aliqua pluralitas in unitate eſſentiæ, quia talis modus loquendi ſæpe in veteri Teſtamento inuenitur de Deo & de nullo alio. Ex quo patet, quòd aliqua pluralitas in vnitate diuinę eſſentiæ eſt, quæ in nulla alia inuenitur natura: & hęc eſt pluralitas perſonarum in una ſimplici eſſentia, quę in prędicto modo loquendi deſignatur per verbum ſingularis numeri coniunctum nomini plurali. Sed ad hoc reſpondẽt dicentes, quòd hoc nomen Elohim indifferenter accipitur in plurali & ſingulari: & quãdo dicitur de Deo vero, ſemper accipitur pro ſingulari, & ſic eſt in propoſito, quãdo dicitur: In principio creauit Elohim &c.i. Deus. Sed contra hanc ſolutionem arguo ex textu ſacræ ſcripturæ, quod hoc nomen Elohim & alia nomina diuina dicuntur frequenter de Deo uero

*Efficatiæ probationis duplex*

H

*Pluralitas perſonarum in unitate eſſentia diuinæ Elohim*



A de Deo vero in plurali. quod patet manifeſte, quia coniungitur cũ adiectiuis pluralibus & verbis pluralis numeri. Exemplum de adiectiuis Ioſue vlt. e. Non poteritis ſeruire Domino, quia dominus ſanctus ipſe. Veritas Hebraica ſic habet: Non poteritis ſeruire domino: quia Elohim ſancti ipſe. Item Iere. xxiij. g. Peruertiſtis verba Dei viuentis domini exercituum Dei veſtri tetragrammaton. Et nota quòd ibi ponitur nomen Dei tetragrammaton, quia veritas Hebraica ſic habet: Peruertiſtis verba Elohim viuentium domini exercituum Dei veſtri. Et nota quòd ibi ponitur nomen domini tetragrammaton Dei veſtri, cum dicitur in autoritate præmiſſa: Domini exercituum. vbi habemus nomen domini, in Hebraico ponitur nomen domini tetragrammaton, quod ſignat diuinam naturam ſecundum ſuas proprietates intrinſecas abſque reſpectu ab extra, vt magis patebit infra. Et ſic patet, quòd in intrinſecis diuinitatis eſt aliqua pluralitas per pluralitatẽ immediate pręcedentẽ, cũ dicitur in autoritate: Peruertiſtis verba Elohim Haim.i. deorum viuentium. & coniungitur iſta pluralitas nomini Dei tetragrammaton. tamen immediate ſubditur: Dominus exercituum &c. in ſingulari. & ſic per hoc patet, quòd in vnitate diuinæ eſſentiæ eſt aliqua pluralitas cum ſumma ſimplicitate, quæ non eſt in aliis. quia ſemper vbi ſcriptura ponit aliquid ſignificans pluralitatem perſonarum, ibi deinde ponit quod oſtendit eſſentiæ vnitatem, vt per autoritatem prædictam patet, vt infra ſubſequenter patebit. Item Iſa. liiii.b. Dominabitur tui qui te fecit, dominus exercituum nomen eius. Hebraica ueritas ſic habet: Dominatores tui factoris tui, dominus exercituum nomẽ eius. In hac autoritate vbi ponitur, dominus exercituum nomen eius, ponitur nomen domini tetragrammaton. Et ideo ex hac autoritate poteſt argui ſicut ex præcedẽti. Similiter hoc nomen Elohim frequenter cõiungitur cum verbo pluralis numeri. verbi gratia. ii. Re. vii. d. dicitur: Quæ eſt autem vt populus tuus Iſrael, gens in terra, propter quam iuit Deus, vt redimeret eam ſibi in populum &c. Hebraica veritas ſic habet: Quis eſt vt populus tuus Iſrael Gens vna in terra, propter quàm iuerunt Elohim ad redimendum ſibi populum? Item Eccle. ii. b. Quis eſt homo inquam vt poſſit ſequi regem factorem ſuum? Hebraica veritas ſic habet: Quis eſt homo vt intret poſt regem, qui iam fecerũt eum? Patet igitur ex prædictis, quòd prædicta euaſio eſt falſa: quia nomen Elohim dictum de Deo vero accipitur frequenter in ſacra ſcriptura in plurali, vt patet ex autoritatib. prædictis, quæ non poſſunt intelligi ad literam niſi de Deo vero. Propter quod alii ſoluerunt aliter alibi.ſ. in glo. ſuper illud Eccle. quod dictum eſt. Quis eſt homo, vt intret poſt regem, qui iam fecerunt eum? Glo. Hebraica: Si quæratur qui fecerunt eum, ſcilicet hominem, poteſt dici Deus ſanctus & dominus conſilii ſui. & conſimiliter reſpondetur in glo. ſuper Pſal. xlix. qui factus eſt ab Aſaph. Deus deorum dominus locutus eſt &c. in Hebraico ſunt tria nomina diuina, ſcilicet Elohim: & nomen domini tetragrammaton. loco huius habemus hoc nomen dominus. Quærit ibi gloſſator, quare Aſaph ter nominauit Deum in principio huius Pſal. Reſpõdit: vt oſtenderet quòd Deus in tribus proprietatibus creauit ſeculum. Si conſiderentur iſtæ reſponſiones, duæ ſunt veriſſimæ. Prima enim, quæ dicit, quòd Deus & dominus conſilii ſui fecerunt hominem. & propter hoc dicitur in plurali Eccle. ii. b. Quis eſt homo, vt intret poſt regem, qui iam fecerunt eum? quia dominus accipitur hic pro patre. dominus conſilii ſui proprie dicitur filius, qui eſt verbum mentis paternæ, & ſpirituſſanctus amor ex ipſis procedens. Similiter ſecunda reſponſio, quæ dicit, quòd Aſaph ter nominauit Deum, quia Deus in tribus proprietatibus creauit mundum, eſt veriſſima, quia tres ſunt proprietates in diuinis.ſ. paternitas, filiatio, & ſpiratio, quæ ſunt proprietates conſtituentes. Et creatus mundus eſt in tribus proprietatibus iſtis, quoniam indiuiſa ſunt opera trinitatis. Patet etiam ex iſtis, quòd non eſt contra intentionem Hebraicorum doctorum antiquorum quòd aliqua pluralitas ponatur in Deo ſeu in diuinis, dum tamen ſeruetur vnitas deitatis, quam vnitatem catholici uериſſimè confitentur. Hanc igitur ultimam reſponſionem, quę vt viſum eſt continet veritatem, poſteriores Iudæi deprauant, dicentes, quòd diuina ſapiẽtia, bonitas & potentia ſunt iſtæ tres proprietates, in quibus Deus creauit mundum & omnia fecit. & ideo in principio Gen. dicitur: In principio creauit Elohim, in plurali: ad denotandum iſtas tres proprietates ſiue attributa in Deo, in quibus omnia operatur. Et eo modo exponunt autoritates alias. Sed iſta reſponſio non eſt rationabilis. Primo, quia ſicut Deus operatur per potentiam, ſapientiam, amorem, ita artifex creatus operatur per artem ſuam, ſicut per regulam directiuam & per potentiam trãſmutandi materiam. & per lucri amorem ſicut propter finem. Si igitur propter prædicta, ſcilicet propter potentiam, ſapientiam & bonitatem diuinam nomen domini ponitur in plurali, quando operatur, eadem ratione & maiori debet ſcriptura ſic loqui de artifice creato operationem ipſius exprimendo, quod non inuenitur. & talis modus loquendi in ſacra ſcriptura de Deo frequenter habetur. Et confirmatur ratio, quia potentia, ſapientia & amor plus differunt in artifice creato quàm in Deo, quia differunt .ſ. re abſoluta, quod non poteſt eſſe in Deo. ergo modus loquendi in plurali magis competit in expreſſione operatoris creati artificis, quam ipſius Dei. Item arguitur ſic. Intentio Moyſi erat inducere populum ad cultum

B

*Tria ſunt nomina Hebraica diuina.*

*Tres ſunt proprietates in diuinis*

C ad cultum unius Dei, & ipſum ab idololatria reuocare, ad quam ille populus erat pronus, vt patet ex toto decurſu vete. Teſta. Cum igitur per modum prædictum loquendi in plurali poſſit haberi aliqua occaſio cogitandi abſolutam pluralitatem in diuinis, non eſt veriſimile, quòd Moyſes cognoſcens pronitatem populi ad idololatriam vſus fuiſſet tali vocabulo vel modo loquendi, & in ſcripturis reliquiſſet, niſi per hoc ſubtiliter ſapientibus indicare voluiſſet, quòd cum vnitate ſimplicis eſſentiæ in Deo ſtat pluralitas perſonarum. aliter enim ſuus modus loquendi eſſet contrarius ſuæ intentioni. Eſt autem ſciendum, quòd in Hebraico myſteria abſcondita, & ſolum ſapientibus nota ex modo ſcribendi inconſueto frequenter deſignantur. Iſta ſunt quæ dixi de hac reſponſione, & hãc quæſtionem determinaui. Sed poſtea venit ad manus meas quidam libellus Hebraicè ſcriptus, vbi prædicta ratio aliter ſoluitur. Et quantum ad illud argumentum dixit ſic autor illius libelli, ꝙ illi, qui arguũt pluralitatem perſonarum in diuinis per hoc nomen Elohim, quod pluralitatem ſignat, & tamen dicitur de Deo, innituntur ſuper baculum arundineum confractum, quia talis modus loquendi alibi inuenitur de uno ſolo ſicut patet 1. Reg. xxviii. vbi ſcriptura loquitur de ſuſcitatione Samuelis, cum dixit mulier phytoniſſa: Vidi Elohim aſcendentes de terra. ſequitur verbum Saulis: Qualis eſt forma eius &c. Item non ſolum loquitur ſcriptura ſic de hoc nomine Elohim, ſed etiam de aliquibus aliis. verbi gratia, Ezec xlvi.f. dicitur ſic: In die autẽ kalendarum vitulum de armento immaculatum &c. In Hebraico autem ponitur Thamin, quod ſignificat immaculatum. ſed thaminum, quod eſt plurale huius nominis thamini vel themam, & coniungitur cum vitulo in ſingulari: & per hoc non interpretatur aliqua pluralitas. ergo &c. Item aliquando verba pluralis numeri coniunguntur cum nominibus & pronominibus ſingularis numeri. verbi gratia Cant. 1. a. Trahe me poſt te, curremus &c. & ſic non valet argumentum, quo concludebatur pluralitas perſonarum ex hoc, quòd nomina diuina coniunguntur cum verbis pluralis numeri, vt videtur. & ſic per iſta loca ſcripturæ arguit contra prædicta. Sed per iſta nullo modo infringuntur ea, quæ dicta ſunt. quia ſecundum expoſitores Hebraicos Samuel non ſurrexit ſolus, ſed Moyſes cum eo. Dicunt enim, quòd Samuel ſurrexit tunc, non virtute magica, ſed virtute diuina ſeu permiſſione. Quod dictum conuenit cum illa opinione, quam tangit Augu. ad Simplicianum, & habetur in gl. 1. Re. xxviii. Super locum illum dicunt Iudæi, quòd Samuel timuit ad diuinum iudiciũ euocari, ideo rogauit Moyſen venire ſecum, vt eſſet ſibi teſtis, ꝙ integre ſeruaſſet legem ab eo ſcriptam. Mulier igitur phytoniſſa, quę ſolum Samuelem vocauerat, videns alium ipſum aſſociantem, admirans dixit in plurali: Deos video aſcendentes de terra.i. homines diuinos, & indicauit modum ſuæ viſionis Sauli, licet breuius ſcribatur 1. Re. xxvii. Saul autem non quæſiuit niſi de figura ipſius, qui primo apparuerat, & non de aſſociante ipſum, & propter hoc quæſiuit in ſingulari, di. Qualis eſt forma eius? quia cum ſolo Samuele volebat loqui. Et ſic patet ex dictis doctorum Hebraicorũ paſſum iſtum exponentium, quòd non infringitur noſtrum argumentum prædictum, ſed confirmatur magis, quia Elohim de duobus dicitur. Si autem dicatur ſecundum aliam opinionem, quam etiam tangit Augu. quòd non fuit verè Samuel, qui apparuit: tunc reſpondeo, quòd duo alii apparuerunt, videlicet dæmon priuatus illi mulieri magicę, & quædam forma repreſentans Samuelem. & propter hoc dixit in plurali: Video Deos &c. Saul autem non niſi de vno quæſiuit.ſ. de Samuele, quẽ vocari fecerat. Ad ſecundum argumentum dicendum eſt, quòd thamin, quod ſignificat immaculatos in plurali, non coniungitur cum vitulo in ſingulari, vt ipſe arguit, & male: ſed cum genitiuo pluralis numeri. non enim habẽt variationem caſuum ſicut nos, ſed tantum variantur nomina ſecũdum numerum pluralem & ſingularem. Et eſt ſenſus: In die autem kalendarum vitulum de armento immaculatorum.i. de numero illorum immaculatorum, qui ad hoc reſeruabantur, faciet ſacrificium &c. Ad cuius euidentiam eſt notandum, quòd ex ſtatuto legis in principio cuiuslibet menſis debebat offerri uitulus vnus immaculatus. & ideo ordinauerunt ſacerdotes in uno loco prope tẽplum, vt tales vituli ſeruarentur, ſaltem. xii. ad minus. & de illis ſaltem ad hoc reſeruatis ſemper accipiebatur ille, qui in principio menſis ſeu kalendarum (quod idem eſt,) offerebatur. De tali autem oblatione loquitur Ezechiel in loco prædicto. & ideo ad hoc denotandum poſuit thaminum in plurali, ad innuendum ꝙ vnus de illis pluribus ſic debeat offerri. Et ſic patet quòd prædicta non infringunt ea, quæ dicta ſunt de hoc nomine Elohim. propter qđ antiqui doctores Hebræorum aliter nitebantur ſoluere prædictũ argumentum, vt patuit ex prædictis. Ad tertium eſt dicendum, ꝙ liber canticorum a doctoribus Hebraicis exponitur de Deo & ſynagoga, ſicut de Chriſto, & etiam a doctoribus catholicis, vt infra dicetur. Igitur ſecundum illos illa verba: Trahe me poſt te: ſunt verba ſynagogę, quæ dicitur ſponſa Dei. ideo talis ſponſa non eſt vna perſona ſingularis, ſed collectio fidelium. & ideo ad hoc denotandũ ſubditur in plurali: Curremus. & iõ hoc ponitur ad denotandum pluralitatem perſonarum. & ideo ex hoc non infringitur argumentum de hoc nomine Elohim & aliis nominibus diuinis etiam de nomine domini tetragrammaton, quæ coniunguntur cũ uerbo

*Ad Simpl. li.2.q.3. & ſeq. tom.4.*

D

*Vbi ſup.*

*Diuiſio*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E verbo pluralis numeri, ad denotandum ibi aliquam pluralitatem per modum prædictum, ſed magis per hoc argumentum prædictum confirmatur. Quædam etiam alia inducit autor prædicti libelli ad ſuum propoſitum, quæ omitto ad præſens: tum quia prædictis ſolutis alia patent: tum quia intendo libellum illum improbare per omnia decurrendo, quia ibi multa contra fidem Chriſtianam tanguntur. Item non ſolum arguitur pluralitas perſonarum in diuinis ex hoc nomine Elohim, vt ipſe ſupponit, dicens, ꝙ innitimur baculo arundineo confracto, ſed eandem pluralitatem clarius exprimunt prophetę in multis locis. verbi gratia in pſal. xliiii. qui non poteſt exponi niſi ad literam de Chriſto, vt diffuſius declaraui ſuper epiſtolam ad Heb. 1. c. & ibidem dicitur de Chriſto: Sedes tua in ſeculum ſeculi, virga ęquitatis, virga regni tui. Dilexiſti iuſticiam & odiſti iniquitatem, propterea vnxit te Deus Deus tuus. In hac autoritate exprimitur Chriſtus tanquam Deus vnctus, quia in humana natura aſſumpta vnctus eſt plenitudine gratiæ. exprimitur hic etiam Deus vngens ipſum tanquam perſona diſtincta ab ipſo vncto, quia ſcriptura ſacra de ipſo vngente loquitur tanquam de alia perſona. Notandum etiam, quòd ex parte Dei vngentis duplicatur hoc nomen Deus cum dixit. Vnxit te Deus Deus tuus, ad denotandum perſonam patris & ſpiritusſancti. Et ſic patet ex hac autoritate pluralitas perſonarum & diuinitas ipſius Chriſti. propter quod ad idem propoſitum probandum inducit eam Apoſtolus ad Heb. 1. Item pſal. cix. a. dicitur: Dixit dominus domino meo &c. quòd & iſta ſint uerba patris ad filium, patet p̃ tranſlationẽ Chaldaicam, quæ dicit ſic: Dixit dominus verbo ſuo ſede a dextris meis. Patet etiam per id quòd ſequitur in eodem pſal. Ex utero ante luciferum genui te, quia non poteſt competere niſi filio Dei. per hoc enim quod dicitur hic: Deus uerbum ex utero. i. genitus de ſubſtantia Dei, oſtenditur vnitas diuinæ eſſentiæ, quia deitas plurificari non poteſt. per hoc autem quòd dicitur genitus de ſubſtantia Dei, oſtenditur diſtinctio perſonarum, quia nulla res ſeipſam gignit. ſimiliter per hoc quod dicitur, ſede a dextris meis. vna enim perſona non dicitur ſedere ad dexteram ſuiipſius. Et ſic ex hac autoritate patet pluralitas perſonarum. & maxime, quia hic pſ. non poteſt exponi ad literam niſi de Chriſto, ſicut prius declaraui in epiſtola ad Heb. 1. propter quod Saluator allegat eam in hoc ſenſu Mat. xxii. & Apoſtolus vbi ſupra. Item pluralitas perſonarum non ſolum exprimitur in ſcriptura ve. te. ſed etiam determinata pluralitas, videlicet beata trinitas, Iſa. xlviii. c. Non a principio in abſcõdito locutus ſum, ex tempore antequam fierent ibi eram, & nunc dominus Deus miſit me & ſpiritus eius.

F Iſta ſunt verba Dei loquentis, vt patet ex textu immediate præcedenti. Similiter ex hoc, quod immediate ſubditur: Hoc dicit dominus Deus redemptor tuus ſanctus Iſrael. In hac autem autoritate immediate præmiſſa Iſa. expreſſe loquitur de datione legis, quia fuit data in manifeſto, quia de die & audiente toto populo vocem Dei loquentis, vt patet Exo. xix. & xx. Et hoc eſt, quod dicit: Non a principio in abſcondito locutus ſum. i. quando lex primo fuit data, & immediate ſubditur: Et nunc dominus Deus miſit me & ſpiritus eius. vbi Deus dicit ſe miſſum a Deo & ſpiritu eius. Nunc autem eſt ita, quòd inter mittentem & miſſum ſemper eſt diſtinctio perſonalis, igitur eſt diſtinctio perſonarum in diuinis. ſ. trinitas. ſ. Dei miſſi, & Dei mittentis, & ſpiritus eius. Deum autem miſſum dicimus, Deum incarnatum. ſ. filium: Deum autem mittentem & ſpiritum eius dicimus patrem & ſpiritumſanctum. & ſic patet trinitas perſonarum. Ad euadendum autem iſtud dictum, Ra. Sa. vnum mendacium adinuenit ſuper locum iſtum, dicens, quòd omnes prophetæ fuerunt cum Moyſe in monte Sinai, & ibi acceperunt prophetias ſuas, ſicut & Moyſes legem: ſed poſtea illas prophetias denunciauerunt populo tempore a Deo determinato. & ideo dicit, quòd verba prædicta ſunt verba Iſa. ab iſto loco: Ex tempore antequam fierent ibi eram. i. a tempore dationis legis de qua fit ſermo, ibi fui in monte Sinai. & quod ſequitur: Et nunc dominus Deus mi. me &c. refertur ad tẽpus, quo Iſaias miſſus eſt ad annunciandum populo illa, quæ prius acceperat in monte Sinai a domino. Sed iſtud dictum patet eſſe falſum multipliciter. nam immediate præmittitur verbum domini loquentis de datione legis, cũ dicitur: Non a principio in abſcon. &c. & ideo immediate ſubditur: Ex tempore antequam fierent, ibi eram. & ſic ex modo loquendi patet, quod eſt verbum eiuſdem. & ſic patet, ꝙ illud ſecundum non eſt uerbum Iſa. ſed ipſius Dei, ſicut & primũ. Quod autem primum ſit verbum Dei loquentis de datione legis patet per literam præcedentem, quia ibi præmittitur: Ego primus & ego nouiſſimus, manus mea fundauit terram &c. quod non poteſt dici de Iſaia. Item glo. Hebra. quæ apud eos autentica reputatur ſuper locum illum Exo. xx. a. Ego ſum dominus Deus tuus &c. dicit ſic: Si dicis in ſecreto fuit ſermo. ſ. legis, nonne iam dictum eſt Iſa. xlviii. c. Non a principio in abſcon. &c. & ſic patet per iſtam gloſam apud eos autenticatam, quòd iſtud verbum Iſa. in perſona dicitur loquentis Dei & hoc de datione legis. Item ſuper illud Exo. xix. a. Venerunt in ſolitudinem, Sinai. dicit ſic glo. autentica Hebraica: Data eſt lex in publico, vt omnis, qui voluerit recipere eã, recipiat. Sequitur: Et ecce Deus ſanctus & benedictus, dicente Iſa. xlviii. c. Non a principio in occulto lo. ſum, et tempore ante quàm fierent,

*Non omnes prophetæ p̃phetias acceperunt in monte Sinai*

fierent, ibi eram. Et idem habetur ſuper illud Exo. xx. a. Ego dominus Deus tuus. & ſic patet non ſolum ex textu præcedenti & ſequenti, ſed etiam ex glo. Hebraicis apud Iudæos autenticis, quòd autoritas præallegata Iſa. non a principio &c. Non eſt intelligenda de ipſo Iſaia loquentem in perſona propria, ſed magis loquitur in perſona Dei: quia primo dedit legem in mõte Sinai, & poſtea miſſus in mundum a Deo patre & ſpiritu eius ad redemptionem humani generis, ſecundum quòd exprimitur manifeſte in prædicta autoritate. & ideo in fine illius autoritatis ponitur: Hoc dicit redemptor tuus ſanctus Iſrael. Item quòd dicit Iſaiam fuiſſe in monte Sinai, eſt valde abſurdum, quia Iſa. adhuc non erat natus, imo fuit natus poſt fere per. dclxxvi. annos, quia ab egreſſu de Aegypto vſq; ad quartum annum regni Salomonis, in quo fundatum eſt tẽplum, fluxerunt anni. cccclxxx. vt habetur. iii. Re. vj. & extunc vſq; ad primum annum Oziæ regis Iuda, ſub quo cœpit Iſaias prophetare, fluxerunt. ccv. anni, vt poteſt haberi de facili, computando tẽpora regum intermediorum, inſpiciendo tertium & quartum librum Regum. Si autem dicitur, quòd Eſaias poſtquam acceperat prophetiam in monte Sinai mortuus ſit, & poſtea tempore Oziæ reſuſcitatus: illud videtur ficticium, quia ſacra ſcriptura hoc nullo modo innuit, ſed magis contrarium, & maxime quia oporteret ſecundum eum dici idem de omnibus prophetis, vt patet ex prædictis. Si autem dicitur, quòd anima Iſa. fuit creata ante corpus, & ſic fuit in monte Sinai in anima & non in corpore, & poſtea illa anima tempore Oziæ fuit coniuncta corpori per viam naturæ generato & organizato, hoc dictum eſt contra ſcripturam Gen. j. & ii. c. Formauit hominem Deus de limo terrę, & inſpirauit &c. Ex quo patet manifeſtè, quòd organizatio corporis humani p̃cedit origine creationem & infuſionem animæ. Itẽ Zach. xii. a. dicitur: Hoc dicit dominus extendens cœlos & fundans terram, & fingens ſpiritum hoîs in eo. ex quo patet, ꝙ aîa hominis creatur in ipſo corpore iam organizato. Vnde & glo. Hebraica ſuper locum iſtum ſic dicit: Creator creat aîam cum perfectione figuræ humani corporis. Item arguitur cõtra utranq; rñſionẽ ſimul. quia ſi Eſa. fuit in mõte Sinai tp̃e legis datæ, & hoc ſiue in aîa tm̃, ſiue in aîa & corpore ſiſ, & ibi accepit prophetiam, quam poſtea denunciauit, & ſic alij prophetæ: ſequitur, ꝙ ſcriptura ve. te. in magna parte ſit falſa, quia ſæpiſsime dicit prophetas accepiſſe ſpm̃ prophetandi de nouo, ſicut patet de Eliſeo iiij Re. ij. & de Ezechiele Ezec. j & de multis aliis. Similiter, ꝙ reuelationes ſunt factæ ipſis prophetis de ipſis, quæ ignorabant, ſicut patet de Eliſeo iiij. Re. iiij. e. vbi dicit de illa muliere Sunanimite: Aîa eius in amaritudine eſt, & dñs celauit a me.

H Similiter de Daniele, de quo ſcribitur Dan. j. ꝙ Deus dedit illi intelligentiam uiſionum. & ij. ca. qualiter reuelatũ eſt ei ſomniũ Nabuchodonoſor & eius interpretatio. & ix. ca. introducitur angelus Gabriel reuelans Danieli dictũ myſterium hebdomadarum, & in pluribus aliis locis eiuſdem libri ſimile inducitur, ſimiliter ẽt in aliis libris ve. te. ut patet intuenti, quę omitto pp prolixitatem uitandã. hæc aũt oîa & ſimilia eſſent ſimpl̃r falſa, ſi prophetæ perfectè accepiſſent prophetias ſuas in monte Sinai, quia extunc fuiſſent de omnib⁹ illuminati, ſiue fuiſſent ibi in aîa tm̃, ſiue in aîa & corpore. Et ſic patet ꝙ rõ Ra. Sa. non ſolum eſt contra totam ſcripturã ve. Teſt. & prophetiam, quæ dicit, ꝙ anima præcedit corpus: ſed & cõtra totam ſcripturam philoſophorum, ut ex prędictis patet. Et ſic ex p̃dicta autoritate Iſa. trinitas perſonarũ patet in diuinis. Ad idẽ ẽt facit illud Ecc 4. c. Funiculus triplex difficile rũpitur. Gl. Hebraica: Senſus vr̃ eſſe, myſteriũ trini Dei & unius, nõ de facili diſcutit̃ Sed hãc gl. antiquã moderni Iudæi peruerterunt retorquẽtes hanc trinitatẽ ad tria attributa diuina, q̃ sũt potẽtia, ſapia, & bonitas. ſed hoc eſt ſup. iprobatũ. Idẽ i pſ. Verbo dñi cęli firmati sũt, & ſpũ oris ei⁹. &c. & ſic de aliis. Patet igit̃ principale, quał pluralitas pſonarũ poſſit p̃bari p ſcripturã a Iudæis receptam, ſiłr & trinitas determinata.

*Pſ. 32. b*

## *Probatio incarnationis diuinæ perſonæ.*

SEcundum principale eſt probandum. ſ. incarnationem diuinæ perſonæ, ita ꝙ Meſſias promiſſus in lege & prophetis ſit uerus Deus & uerus hõ. Et ad hoc probandũ adduco autoritatem Ier. xxiij. a. Ecce dies ue. di. do. & ſuſci. Da. ger. iuſtũ. & per hoc patet & apparet Chriſti humanitas, quia hæc autoritas ſm oẽs expoſitores Hebræorũ intelł̃r de Chriſto ad literam. ſequit̃ in eadem ſerie textus & in eadem perſona: Hoc eſt nomen, qđ uocabunt eum, dñs iuſtus noſter. & per hoc exprimitur Chriſti diuinitas uera, quia vbi habemus: Iuſtus dominus noſter, in Hebraico habetur, nomen dñi tetragrammaton, quod nomen eſt propriiſſimum inter noîa diuina, & propter hoc de nullo dicitur niſi de vero Deo. Sed ad hoc rñdent aliqui dicentes ꝙ nomen domini tetragrammaton, non dicitur de vero Deo tñ, ſed etiam de alijs, vt habetur Ezech. vl. de illa ciuitate, quæ deſcribitur ibi. Et nomen ciuitatis, dñs ibidẽ. vbi habemus, dñs ibidẽ, in Hebraico ponit̃ nomen dñi tetragrammaton. & ſic illud nomen dr̃ de illa ciuitate, quæ tñ non eſt idem qđ Deus. ergo &c. Item Gen. xxii. c. dr̃: Vocauit Abrahã nomẽ loci illius, dñs videt. vbi habemus, dñs. in Hebr. ponit̃ tetragrãmatõ. & ſic locus ille noîat̃ illo noîe vt vr̃. Itẽ Iudic. vi. d. Aedificauit



A dificauit igit̃ ibi Gedeon altare dño, vocauitq; id, dñi pax. In Hebræo habetur dñs pax, & ibi eſt nomen domini tetragrãmaton. & ſic idem quod prius ſupra dictum eſt, hr̃. Item Exod. xvij. d. Aedificauit Moyſes altare domino: & vocauit nomẽ eius, Deus exaltatio mea. Vbi nos habemus, dominus: in Hebręo eſt nomen domini tetragrammaton & ſic idem qđ prius. Sed iſta rñſio nulla eſt, quia nullum prædictorum nominatur proprio nomine Dei, quod eſt nomen dñi tetragrammaton, ſed noîatur quodlibet prædictorum a quodam effectu Dei, quia ſolus Deus nominatur hoc nomine & hoc non eſt inconueniẽs, ſicut aliqs homo bene vocatur adeodatus, vel deuſdedit, vel aliqd hmôi: non tñ vocatur Deus abſolute, qa hoc eſſet impium. & hoc patet diſcurrendo per oîa prædicta. Quia Ezec. vlt. non dr̃: Nomen ciuitatis dñs, ita ꝙ noîetur nomen dñi tetragrammaton, ſed dr̃ ibi: nomẽ ciuitatis, dñs ibidem. i. denominari debet a diuina inhabitatione. & hoc patet per Chaldaicam tranſlationem, quæ ſic habet: Nomen ciuitatis: exponens adiecit: A die, qua fecit dñs deſcendere ſuam diuinitatem ibidem. Similiter Gen. xxij. non dr̃: Vocauit Abraham nomen loci illius, dñs abſolute, ſed dñs videt, quia locus ille non eſt noîatus nomen dñi tetragrammaton, ſed eſt nominatus a viſione diuina, qa vidit ibi humilitatem & afflictionem ipſius Iſaac liberans eum a morte, & arietem loco eius ponens. Vel aliter ꝙ Abraham vidit ibi in ſpiritu templum Deo ædificandum per Salomonem, in quo Deus viſurus erat præces ppł̃i ſui & obł̃ones. & hoc patet per tranſlationem Chaldaicam, vbi dr̃: Adorauit ibi Abraham & ait coram dño: hic erunt colentes coram Deo Gentes. Siłr Exo. xvii. Moyſes non uocauit id altare nomine dñi tetragrammaton abſolute, ſed vocauit id, dñs exaltatio mea: a quodam effectu diuino, quia dñs liberauerat ibi populum a manibus Amalech ad preces Moyſi, vt patet ibidẽ. Similiter Iudic. vi. Gedeon non vocauit altare illud nomen dñi abſolute, ſed a quodam effectu diuino. Et ideo vocauit illud domini pax, vel Dei pax: quia dñs promiſerat ſibi pacem ab inimicis perſequentibus eum, & de facto compleuit. & hoc patet per tranſlationem Chaldaicam, quę ſic habet: Aedificauit ibi Gedeon altare domino, & ſeruiuit ſuper illud Deo, qui fecit ei pacem. Patet igitur ex prædictis, ꝙ nomen dñi tetragrammaton non dr̃ de aliquo niſi de Deo uero tantum. Hoc etiam expreſſe dixit Ra. Moyſes in libro directionis perplexorum, dicẽs expreſſe, ꝙ omnia nomina diuina deriuata ſunt ab operibus diuinis, præter nomẽ tetragammatõ, quod eſt appropriatum altiſſimo creatori. & ſecundum ipſum ſolum denotat diuinam eſſentiam cum proprietatib. ſuis intrinſecis, Cętera autem nomina diuina impoſita ſunt ab operibus diuinis, ſicut

*Iudicum 6. e*

B patet de hoc nomine Elohim & adonai, quæ inter cætera nomina ſunt magis propria: & tamen hoc nomen Elohim vel adonai imponitur ad ſignificandum Deum ex generali prouidentia: & propter hoc communicatur aliis. Vnde iudices & ſapientes & diuina ſapiẽtia præditi aliqñ nominantur Elohim in ſacra ſcriptura, vt dicit pſ. Ego dixi dij eſtis &c. In Hebraico ponitur Elohim: & cõſimilia habentur in pluribus locis. Et ſimiliter hr̃ de hoc noîe adonai, quod imponitur ab vniuerſali præſidentia: & ideo bene dicitur in ſcriptura de potentibus & regibus, nõ aũt ita eſt de noîe domini tetragrammaton, quod ſignat diuinam eſſentiam nudam & purã abſq; reſpectu ad extra, vt dicit doctor prædictus. & iõ non eſt cõicabile alteri. & ideo cum ipſe Chriſtus noîetur hoc noîe vt patet per autoritatem allegatam Ier. xxiij patet, ꝙ ipſe Chriſtus eſt verus Deus. Propter hoc alij ſoluerunt aliter autoritatem prędictã corrũpentes veram literã, dicẽtes ꝙ ſicut eſt in Hebræo Ier. xxiij. Et hoc eſt nomẽ eius q̃ vocauit eũ, dñs iuſtus noſter. ita ꝙ nomẽ dñi tetragãmaton, loco cuius ponitur in tranſlatione nr̃a, dñs, vt dictũ eſt, nõ refertur ad Meſſiam filiũ Dauid, ſed ad Deũ verũ, q vocabit ipſum ad liberationẽ populi Iſrael qñ placuerit ſibi. Contra iſtã ſolutionẽ non p̃t argui, niſi oñdendo, ꝙ ibi corrumpũt verã lr̃am, & negant ueritatem vt negẽt Chriſti diuinitatẽ. hoc aũt poſſet optime fieri ex antiqs biblijs, q̃ non eſſent corruptę in paſſu iſto & in alijs in qbus fit mẽtio de diuinitate Chriſti, ſi hr̃i poſſent. & hoc modo illi qui præceſſerunt nos, contra eos in hoc paſſu & conſiłib. arguebãt. Licet aũt ego non uiderim aliq̃ bibliam Iudæorum, q̃ nõ ſit in paſſu iſto corrupta: tñ audiui a fide dignis rõne vitæ & cõſciæ & ſciæ, affirmãtib. iur̃o ꝙ ſic uiderãt in antiquis biblijs, ſicut hẽt trãſlatio Hie. ſuperius inducta. Si aũt nõ pñt hr̃i antiquę Biblię nõ corruptę recurrẽdũ eſt ad alias tranſlationes, quas Iudæi rõnabiliter negare non pñt. Et per hoc poterit p̃dicta falſitas depręhẽdi. Et primo deprehẽditur per trãſlationẽ. Lxx. interpretum, q̃ ſic hẽt vt trãſlatio Hie. vt patet per officium eccleſiaſticum qđ de iſta trãſlatione aſſumptum eſt, in quo quidẽ officio ſic ponitur iſta autoritas: In diebus illis ſaluabitur Iuda, & Iſrael habitabit confidenter, & hoc eſt nomẽ qđ uocabunt eũ, dñs iuſtus noſter. Ex hoc patet: ꝙ nomẽ dñi tetragrãmaton ad Chriſtũ refert̃, Sed quæreret aliquis & bñ, qũo Lxx. interp̃tes ſic trãſtulerũt, qa quãtũ poterãt in ſua tranſlatione operiebãt diuinitatẽ ipſius Chriſti, ne rex Ptolemeus crederet eos adorare duplicem diuinitatẽ, vt dicit Hie. in p̃logo Pentateuchi, et in plurib. alijs locis. Ad hoc eſt dicẽdũ, ꝙ Lxx. in hoc loco ſufficiẽter operuerãt diuinitatem Chriſti, quia trãsferẽdo de Hebraico in Græcũ non poſuerũt nomen Dei tetragrãmaton, ſed loco eius poſuerũt nomẽ cõe, kyrios, qđ in Græco ſonat idem quod dñs apud nos. Et

*Pſ. 81. b*

*Quare Lxx. interpretes operiebant diuinitatem*

C nos. Et hoc nomẽ p̃t dici de Deo vero ſeu de quolibet magno principe ſeu magnate. et eodem modo Hie. trãsferẽs de Hebraico in Latinũ poſuit nomẽ cõe, dñs, quia non habuit nomẽ p̃priũ correſpõdẽs nomini dñi tetragrammaton. iõ loco eius poſuit hoc nomen dominus, qđ indifferenter dictum eſt de Deo & quolibet homine magno. propter qđ autoritas Hie. xxiij ſimiliter non eſt efficax ad probandum Chriſti diuinitatem ſm tranſlationem Hie. ſed ſolum ex Hebraica veritate, ſecundum quem modum ego proceſſi. Secundo patet falſitas Iudæorum in loco prædicto per tranſlationem Chaldaicam, qua eſt autentica apud eos, quæ ſic habet: Ecce dies veniunt, dicit dominus: & ſuſcitabo Dauid Meſſiam iuſtum, ubi habemus, germen iuſtum. Ex quo patet quòd hæc autoritas intelligitur de Chriſto ad literam, & ſequitur in trãſlatione Chaldaica: Et hoc eſt nomen quod ipſi appellabunt ei, dominus iuſtus noſter. & Iere. xxiii. b. tranſlatio Chaldaica habet: Et hoc eſt nomen quod ipſi dicent ei, dñs iuſtus noſter. & ibi ponitur nomẽ domini tetragammaton, vbi poſuit hoc nomen dominus. Ex quo patet, quòd in Hebraica veritate non eſt vocabit, ſed vocabunt: & ſic patet quòd nomen domini tetragrammaton refertur ad Meſſiam, quo nomine dicit Iere. ipſum appellandum ſeu nominandum a populis ſibi ſubditis. Et ideo alij aliter ſoluerunt, dicentes quòd per hoc nomen non habetur quòd Meſſias ſit Deus, quia non dicitur quòd non debeat eſſe Deus, ſed vocabitur Deus: Sed iſta reſponſio non valet, quia iſta nominatio vel vocatio ſi uera eſſet, ſequitur quòd ſit Deus re ſicut nomine. ſic autem eſt in propoſito, quia ibidem Deus præmittitur de ipſo ſic nominato: Ecce dies ueniũt dicit dominus, & ſuſcitabo Dauid germen iuſtum, & regnabit rex & ſapiens erit, & faciet iudicium & iuſticiam in terra. Hoc autem eſſet falſum, ſi nomen diuinitatis proprium ſibi uſurparet, & illo nomine vocari ſe permitteret, niſi ſecundum veritatem Deus eſſet. Item licet Iudæi expectant Meſſiam purum hominem futurũ, tamen expectant eum ſicut prophetam ſanctiſsimum & ſanctiorem Moyſe. hoc autem eſſet impoſsibile, ſi permitteret ſe vocari nomine domini tetragrammaton, niſi eſſet ſecundum veritatem, immo incurreret peccatum blaſphemiæ, & ſic patet, quòd illa obiectio nulla eſt. Item ad probandum Chriſtum eſſe verum Deũ & hominem, adducatur illa autoritas Iſa. ix. a. vbi de Chriſto ſic dicitur: Paruulus natus eſt nobis & filius datus eſt nobis. & factus eſt principatus ſuper humerum eius, & vocabitur nomẽ eius admirabilis, conſiliarius, Deus fortis, pater futuri ſeculi, princeps pacis. Et per hoc quod dicitur: Paruulus natus &c. oſtenditur ipſius Chriſti vera humanitas. per hoc autem quod ſequitur: Et vocabitur nomen eius admirabilis &c. apparet eius diuinitas. Sed

D ad hoc reſpondet dicentes, quòd in Hebræo non habetur vocabitur, ſed vocabit & ſic illud, quòd immediate ſequitur, quod exprimit diuinitatem, non refertur ad paruulum natum, ſed ad verum Deum nominãtem ipſum, & nomen pueri ponitur in fine autoritatis, cum dicitur: Princeps pacis, ita ꝙ ſm eos non eſt princeps in noîatiuo, ſed potius in uocatiuo, o princeps vel potiſſime in accuſatiuo, principẽ pacis. Qđ de facili poſſunt dicere, quia noîa apud eos ſunt indeclinabilia, & ideo eodẽ modo ſcribitur nominatiuus & accuſatiuus. Eſt igitur ſenſus autoritatis ſm eos: Paruulus natus eſt nobis &c. & vocabit ille qui eſt admirabilis conſiliarius, Deus fortis, pater futuri ſeculi nomen eius. i. paruuli nati principem pacis. & ideo dicunt ꝙ iſta autoritas eſt intelligenda de principe Ezechia rege Iuda, ſub quo dominus dedit populo pacem interfecto exercitu Sennacherib regis Aſſyriorum ab angelo diuinitus miſſo, vt habetur. iiii. Re. xix. Vel ſi dicatur, ꝙ de Chriſto debebat intelligi, per hoc non probat̃ eius diuinitas. Sed quia ſic rñdẽtes corrumpunt textum, iõ recurrendum eſt ad alias tranſlationes ſicut feci in autoritate ſupradicta. Et primo patet hoc falſum per Lxx. interpretes, qui hẽt hic, vocabitur, ſicut Hiero. in ſua tranſlatione. ſed tñ in hoc differunt a tranſlatione Hiero. quia noîa exprimentia diuinitatem Chriſti celauerant in ſua tranſlatione rõne prædicta in præcedenti autoritate. & ideo ſic tranſtulerunt: Puer natus eſt nobis & filius datus eſt nobis, cuius imperium ſuper humerũ eius, & vocabitur nomen eius magni conſilij angelus. Et iſto modo in officio miſſæ recitatur in natiuitate domini, qa officium eccl̃iaſticum in his, quæ accipiuntur de ve. Te. ſeqtur tranſlationem. Lxx. interpretum, ſaltem in pluralibus. per hanc autem tranſlationem patet quòd in Hebræo non eſt vocabit, ſed vocabitur, vt iſti dicunt corrumpentes textum. & per conſequens ꝙ iſta nomina, admirabilis, conſiliarius & Deus fortis &c. quæ ſunt exprimentia diuinitatem referuntur ad puerum natum, ſicut & illud, quod iſtis nominibus correſpondet in tranſlatione Lxx. ſ. hoc: Et vocabitur nomen eius magni conſilij angelus, quod idem ſignificant implicitè & velatè, quia iſta nomina diuinitatem Chriſti exprimentia ſignificant explicitè & manifeſtè, quòd maximum conſilium & ſecretum diuinum fuit incarnationis diuinæ myſterium antequam in effectu cõpleretur. Patet etiam per hanc tranſlationem, quòd hæc autoritas non poteſt intelligi de Ezechia rege Iuda. quia iſta nomina diuinitatem Chriſti exprimentia, ſcilicet admirabilis, & Deus fortis &c. non poſſunt ei conuenire, & per conſequens in fine autoritatis nõ habetur in Hebraico, principem pacis, in accuſatiuo caſu, vt ipſi dicunt corrũpentes ſentẽtiam, ſed potius princeps pacis in nomina-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E in nominatiuo, quia ſicut dictum eſt in autoritate, pręmittitur uocabitur, & non uocabit: & per conſequens ſi in fine autoritatis poneretur, principem pacis in accuſatiuo, male eſſet dictum, ut de ſe patet. Item quòd iſtam pacem dicunt debere intelligi de pace quam habuit populus Iſrael ſub Ezechia rege interfecto exercitu Sennacherib, patet falſum per ſequentem textum, quia immediate ſubditur in autoritate prædicta Iſaiæ: Multiplicabitur eius imperium & pacis eius non erit finis, quia iſta pax, quam habuit tũc ſub Ezechia populus, fuit ſatis breuis, ut patet intuenti quartum librum Regum. Item prædicta reſponſio Iudæorum patet falſa per translationem Chaldaicam, quæ ſic habet: Infans datus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & recipiet ſuper ſe legem ad ſeruandum eam, & uocabitur nomen eius de ante admirabilis conſilio, Deus fortis, permanẽs in ſecula ſeculorum Meſſias, in cuius diebus multiplicabitur pax. Per hoc enim quod dicitur hic Meſſias, patet ꝙ hæc autoritas non eſt intelligenda de Ezechia, ſed de Chriſto. per hoc autem quod hic dicitur: Et vocabitur nomen eius de ante admirabilis conſilio, Deus fortis: patet quòd nomina diuinitatem exprimentia referuntur ad Chriſtum, ita quòd ipſe eſt verus Deus. Quod autem interponitur hic iſta determinatio de ante, quòd nõ eſt in Hebræo, hoc eſt ad denotandum, quòd nomen Chriſti prius fuit vocatum a Deo, & etiam ab angelo quàm temporaliter naſceretur, ſecundum quod habetur Luc. ii. & Matt. 1. Quod autem in hac translatione Chaldaica dicitur: Et recipiet ſuper ſe legem ad ſeruandum eam, loco cuius in Hebræo & in tranſlatione Hiero. habetur: Et factus eſt principatus ſuper humerum eius. hoc eſt ad denotandum, quòd Chriſtus erat impleturus legem & ſeruaturus, ſecundum quòd ipſemet dicit. Non veni ſoluere legem, ſed adimplere. *Mat. 5 b* Item notandum, quòd in prædicta autoritate Iſaiæ vbi de Chriſto dicitur: Et multiplicabitur eius imperiũ, in Hebraico ponitur, lemarbe, quod in Latino ſonat, multiplicabitur. Et ſcribitur hæc dictio Hebraica prædicta ſic, quòd hæc litera men, clauſa ponitur in medio dictionis, quod eſt contra naturam huius literę, & modum ſcribendi Hebræorum, quo nunquam alibi ponitur niſi in fine dictionis ſecundum quod tangit Hier. in prologo galeato, vbi dicit quòd ſunt quinq; literæ duplices apud Hebræos, quia per has aliter ſcribuntur fines dictionum, aliter principia & media, & de his quinque literis duplicibus vna eſt men clauſa, alia eſt men aperta. Men clauſa ſemper ponitur in fine dictionis. Men autem aperta in principio & in medio. hic autem vt dictum eſt ponitur men clauſa in medio dictionis contra naturam literæ, & modum ſcribendi,

F ad denotandum quòd Chriſtus, de quo loquitur propheta, erat naſciturus de virgine clauſa contra modum naturę, & quòd myſterium incarnationis erat clauſum & ſecretum. ſicut enim poetæ per figuras grammaticales ſignant aliquid ſubtiliter intelligentibus, ſic prophetæ per talem modum ſcribendi inſolitum myſteria occulta aliquando deſignabant. Et hoc modo Moyſes ſignificabat pluralitatem perſonarum in vnitate diuinæ eſſentiæ, coniungendo hoc nomen Belohim cum verbo ſingularis numeri, vt dictum eſt. Item probatur tertio incarnatio diuinæ perſonæ per autoritatem Michęę. v. a. Et tu Bethleem Ephrata paruulus es in milibus Iuda, ex te enim egredietur qui ſit dominator. Et egreſſus eius ab initio a diebus æternitatis. Quod autem hæc autoritas ad literam intelligatur de Chriſto, patet per tranſlationem Chaldaicam: quæ ſic habet: Ex te enim egredietur Meſſias, vbi nos habemus: Ex te enim egredietur, qui ſit dominator. Per hũc enim exitum de Bethleem oſtenditur ipſius Chriſti uera humanitas. & etiam ſecundum carnem natus eſt de ſemine Dauid, qui fuit de Bethleem, vt habetur. 1. Reg. xvi. propter quod Scribæ Iudæorum & periti in lege interrogati ab Herode de loco natiuitatis Chriſti, reſponderunt, quòd naſceretur in Bethleem, & confirmauerunt dictum ſuum per hanc autoritatem Micheæ, vt patet Mat. ii. a. ſed per exitũ eius a diebus æternitatis exprimitur natiuitas eius æterna, qua ſemper naſcitur a patre, & ſemper natus eſt. Sed ad hoc reſponderunt aliqui, quòd per hoc non intelligitur Chriſti æternitas, ſecundum diuinitatem, ſed præuiſio ſiue prædeſtinatio ſuæ natiuitatis, quæ eſt in humana natura tantum. Sed hoc non valet, qa æternitas talis præuiſionis eſt omnibus communis, quia omnia quantumcunq; minima ſunt a Deo præuiſa eternaliter & præordinata. Et ideo ſi hoc modo intelligeretur prædicta autoritas. per ipſam non exprimeretur ſpecialitas in Chriſto reſpectu aliorum quá tuncunq; minimorum. Propheta autem intelligit & intendit per ipſam exprimere præeminentiam & excellentiam Chriſti, vt patet intuenti. Propter quod dicunt aliqui Iudæi, quòd ſeptem res fuerunt creatæ a Deo ante mundum. ſ. lex, pęnitentia, gehenna, domus ſanctuarii, thronus gloriæ, hortus voluptatis, & nomen Meſſiæ. *Vanitas Iudaorum* & ideo ſic exponunt illud Gen. ij. b. de horto voluptatis: Plantauerat autem dominus hortum voluptatis a principio. i. ante mundum per duo milia an. & hoc modo exponunt illud, quod dicitur Mic. v a Egreſſus eius ab ini. &c. quia nomen Meſſiæ fuit creatum ante mundum modo prædicto. Sed hoc dictum eſt ita irrationabile, quòd non indiget reprobatione. Lex enim nõ potuit per ſe creari, ſed in aliquo intellectu. hoc autem non poteſt eſſe in intellectu diuino, in quo non poteſt aliquid creari. Nec angelico vel humano poteſt ſic creari ante mundum, quia angelus vel homo non ponuntur inter creata ante mundum ſecundum ipſos.

G Similiter quòd pęnitentia, quæ non eſt niſi de peccato præterito, fuit ante mundum, & per conſequens ante peccatum, quod eſt valde abſurdum. Hoc autem modo poſſet argui de iſtis & de aliis conſequentibus. ſed dimitto, quia dicta eorum friuola apparent & omnino abſurda. Itẽ incarnatio Dei probatur per autoritatem Can. iij. d. Egredimini filiæ Sion, & videte regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater ſua. Nam ſecundum eos doctores Hebræorum vbicunq; in libro Canticorum ponitur nomen Salomonis, ſub illo nomine intelligendus eſt Deus ipſe, qui eſt magnus Salomon. i. pacificus, quia facit pacem & concordiam in creaturis per connexionẽ partium vniuerſi, ſecundum quod habetur Iob. xxv. a. Qui facit cõcordiam in ſublimibus ſuis. Vnde dicunt, quòd in toto illo libro agitur de Deo & ſynagoga ſub nomine Salo. & ſponſæ ſeu amicæ, ſicut doctores catholici dicunt, quòd in eodem libro ſub prædictis nominibus agitur de coniũctione Chriſti & eccleſiæ. Hoc ſuppoſito arguo ad propoſitũ, quia in prædicta autoritate dicitur de matre Salomonis. ſi igitur nomine Salomonis intelligendus eſt Deus, etiam ſecundum ſenſum literalem ſecundũ ipſos: ergo oportet eos concedere quòd Deus habeat matrem. hoc autem eſt impoſſibile ſecundum naturam diuinam, & ſimiliter ſecundum naturam angelicam. ergo talis natura eſt natura humana, in qua cõuenit ſibi habere matrem, etiam quia natura humana eſt nobilior inter illas naturas, quæ ſunt per generationem. & ſic patet incarnatio diuinæ perſonæ. Sed ad hoc reſpondẽt aliqui Iudei dicentes, ꝙ Deus, qui eſt magnus Salomon, vocat hic eccleſiam Iſrael matrem, ad exprimendum magnum amorem, quem habuit ad eam, aliquã do filiam, aliquando ſororem, aliquando matrem appellando. Sed contra hoc arguitur, quia vnus ſacræ ſcripturæ paſſus obſcurus nõ debet exponi niſi per alium locum clariorem eiuſdem ſcripturæ, nunquam autem in ſcriptura ve. Teſt. inuenitur ſimile, quòd Deus vocat eccleſiam Iſrael matrem, ſed bene inuenitur, quòd vocat eã ſponſam, amicam, filiam & huiuſmodi, ſecundũ quod dicitur Ie. ii. a. Recordatus ſum tui miſerans adoleſcẽtiam tuam & charitatem deſponſationis tuæ, quando ſecuta es me in deſerto. Et Ier. xxxi. d. Reuertere virgo Iſrael ad ciuitates tuas, vſquequo deliciis diſſolueris filia vaga. ergo prædicta expoſitio non eſt rationabilis. Item mater reſpectu filii habet rationem principii, hoc autem nullò modo poteſt dici de eccleſia reſpectu Dei vel alicuius dignioris &c. & ſic remanet prædicta noſtra expoſitio rationabilis & vera. Item probatur diuinitas & humanitas Chriſti per autoritatẽ Zach. ix. c. Exulta ſatis filia Sion, iubila filia Ieruſalem, ecce rex tuus venit tibi iuſtus & Saluator, ipſe pauper aſcendens ſuper aſinam.

H ſecundum doctores Hebræorum iſta autoritas non poteſt exponi ad literam. niſi de Meſſia. Per hoc quod dicitur hic, Pauper & aſcendens ſuper aſinam, oſtenditur eius humanitas, in qua ſicut pauper cum hominibus cõuerſatus eſt. per hoc autem quòd dicitur: Rex iuſtus & Saluator, oſtenditur in eo natura excellentior, per quam poteſt ſaluare & regnare: quia pauper inquantum huiuſmodi eſt impotens ad talia, & ideo fuit in vnum ſimul diues & pauper. diues in natura diuina, & pauper in natura humana. Et quòd ſic debeat intelligi autoritas prædicta Zachariæ, patet per glo. Hebræorum apud eos autenticam ſuper illud Can. 1. a. Exultabimus & lætabimur in te gloria. i. in te ſancto & benedicto. Simile eſt. n. hoc cuidam reginæ, cuius maritus filij & generi tranſierunt mare, poſtea per magnum tempus dictum eſt ei: Venerunt generi tui, reſpondit, quid ad me? lætentur filię meæ. Dictum eſt ei, venerunt filij tui. Reſpondit, quid ad me? lætentur nurus meę. quando autem dictum eſt ei: Venit vir tuus, dixit, nunc facta eſt perfecta lętitia mea. ſic factum eſt vt eſſent prophetę dicentes ad Ieruſalem: Filij tui de longe venerunt, reſpondit, quid ad me? lætentur filiæ Iudæ. ſed cum dictum eſt ei, illud Zach. ix. c. Ecce rex tuus venit: tunc fuit ei lætitia perfecta. vnde ibidem ſatis pręmittitur: Exulta ſatis filia Sion, iubila filia Ieruſalem &c. Ex iſta gl. patet, quòd Zacharias propheta loquitur de aduentu Dei ad filios Iſrael. ſi igitur ſecundum eos iſta autoritas loquitur de Meſſia, qui etiam in eadem autoritate dicitur venire in paupertate, concluditur, quòd ipſe ſit Deus & homo, ita quòd ſit pauper ratione humanitatis & potens ſaluare ratione diuinitatis. Patet ergo ex prædictis ſecundum principale, ſcilicet qualiter ex ſcripturis receptis poſſit probari incarnatio diuinæ perſonæ.

REſtat probare tertium principale. ſ. quòd tempus huius incarnationis ſit pręteritum. Ad hoc autem induco prophetiam Iacob Ge. xlix. b. Non auferetur ſceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, donec ve. qui mittendus eſt & ipſe erit expectatio Gentium. ſed modo ablatum eſt regimen & dominatio a Iudæis a tẽpore Herodis Aſcalonitæ, ſub quo natus eſt Ieſus. ergo ab illo tempore venit Chriſtus. Ad hoc reſpondẽt aliqui Iudæi, quòd hæc autoritas non eſt intelligenda de Chriſto ad literam, ſed de Nabuch. rege Babylonis, qui miſſus eſt ex ordinatione diuina contra Ieruſalem propter peccata populi, vt habetur. 4. Re. 23. Extunc enim defecit regimen Iudęorum, quia cepit Sedechiam & excęcauit eum, & filios eius occidit, vt habetur ibidem c. xxv. nec poſtea aliquis de eius ſtirpe regnauit. Sed



A hoc dictum apparet falſum, quia poſt captiuitatem Babylonicam habuerunt duces & principes, ſicut patet de Zorobabel, Eſdra, Neemia, & Machabæis. Habuerunt etiam reges, quia Iohannes Hircanus Simeonis Machabęi filius impoſuit ſibi diadema regni, & ex tunc regnauerunt filij eius uſque ad Herodem, qui fuit alienigena a gente Iudæorum: & ideo uſque ad illud tempus non fuit amotum omnino dominium Iudæorum. Si autem dicatur, ꝙ a tempore Nabuchodonoſor fuit amotum a tribu Iuda: de qua amotione loquitur Propheta prædictus, quia illi, qui regnauerunt poſtea fuerunt de alia tribu, quia Machabæi fuerunt de tribu ſacerdotali. Non ualet hoc dictum, quia Zorobabel, qui poſt captiuitatem Babylonicam fuit eorum dux, fuit de tribu Iuda, ut patet manifeſte ex textibus multis ſacræ ſcripturæ. ſimiliter Machabæi, quia tribus ſacerdotalis & regia erant commixtæ. Et ideo alij ſoluunt aliter dicentes, ꝙ intelligitur de Roboam filio Salomonis a quo receſſerunt. x. tribus & adhæſerunt Ieroboam filio Nabath. vt habetur iij Reg. xij. ſic ergo exponunt prædictam autoritatem. Non auferetur ſceptrum de Iuda &c. donec veniat Silo, quia ubi Hie. tranſtulit, mittendus, Hebraica ueritas habet Silo, & eſt nomen loci vt dicunt, quia in illo loco venit Roboam, vt conſtitueretur poſt patrem rex, & in illo loco receſſit populus Iſrael ab eo, & conſtituerunt ſuper ſe regem Ieroboam, qui erat de alia tribu, ſcilicet Ephraim, & ſic ablatum fuit ſceptrum tunc de Iuda. veruntamen quia ipſi filio Salomonis remanſerunt duæ tribus, ideo ſequitur in Hebraica veritate: Et ei aggregabuntur Gentes. Vbi Hiero. tranſtulit: Et ipſe erit expectatio Gentium. Sed iſta reſponſio patet falſa per textum. iij. Reg. xij. quia ibi dicitur, ꝙ ille locus vbi Roboam fuit a populo derelictus, vocatur Sichem, & eſt locus bene remotus ab illo qui vocatur Silo. Item huiuſmodi reſponſio præcedens & conſimiles apparent falſæ per translationem Chaldaicam, quia vbi Hier. tranſtulit: Donec veniat qui mittendus eſt, Hebraica veritas habet, donec veniat Meſſias. quia id quod erat obſcurum per hoc voluit declarare. & ſic patet, ꝙ prædicta autoritas nõ poterat intelligi de Nabuchodonoſor, nec de Roboam nec de alio quam de Chriſto. Quod autem ſequitur in Hebraico: Et ei aggregabuntur Gentes, ſic eſt intelligendum, quia Iudæi in aduentu Chriſti, pro maiori parte ſunt obſtinati in ſua infidelitate, & Gentiles, qui nomine Gentium deſignantur, aggregati ſunt ipſi Chriſto, fidemque eius deuote ſuſcipientes, ſecundum quod dicit Apoſtolus. *Rom. 11. d* Cæcitas ex tempore contigit in Iſrael, donec plenitudo Gentium introiret &c. Quod autem tempore Herodis ablatum eſt a

B Iudæis ſceptrum, patet, quia ipſe fuit primus alienigena, qui regnauit in Iudæa. pater enim fuit Idumęus. Iſte Herodes Romanorum auxilio fretus, debellauit Antigonum regem Iudæorum, qui deſcenderat a Machabæis & omnem prolem regiam occidit, & libros de genealogia regum combuſsit, ne poſtea deprehenderetur ipſe & filij eius alieni a regno Dauid. interfecit etiam doctores legis, qui docebant in populo illud Deut. xvij. c. De medio fratrum tuorum pones ſuper te regem, vt ſic auferret a Iudęis omnem viã recuperandi ſceptrum. Quod etiam patet per effectum, quia ab illo tempore vſque nunc fluxerunt mille. cccix. anni ad minus, quia tali anno incarnationis cœptum eſt hoc opus & adhuc Iudæi videntur magis a prædicto ſceptro longinqui quam a principio. Cum enim ablatio ſceptri fuerit ſignũ eis prædictum de aduentu Chriſti, manifeſte patet, quòd illud impletum eſt tempore Herodis, quo regnante natus eſt Chriſtus Ieſus. & ſic patet propoſitum, ſcilicet ꝙ tempus incarnationis ſit præteritum. Item hoc idem probatur autoritate Ag. ij. d. Hæc dicit dominus exercituum, adhuc modicum vnum eſt, & ego mouebo cęlum & terram, mare & aridam, & mouebo omnes gentes, & veniet deſideratus cunctis Gentibus. Et ſequitur: Magna erit gloria iſtius domus nouiſsimę magis quam primæ, dicit dominus exercituum. ſecundum omnes expoſitores Hebræorum habetur, quòd iſte deſideratus eſt Meſsias ſiue Chriſtus. Patet igitur per plura in autoritate prædicta poſita, ꝙ tempus aduentus Chriſti ſit præteritum. primo per id, quod dicitur ibidem: Adhuc vnum modicum. Et ſubditur de aduẽtu Chriſti: Veniet deſideratus cunctis Gentibus &c. Aggeus propheta dixit hoc verbum ſecundo anno Darij regis Perſarum. ab illo autem tempore vſque nunc fluxerunt anni. M. dclix. ſecundum computationem Iudæorum, & plures adhuc ſecundum computationem noſtram. M. dccj. Talis enim numerus non dicitur in ſcriptura modicum, cum enim dicat Propheta in ſcriptura reſtare tempus modicum, vſque ad tempus deſiderati cunctis Gentibus, patet ꝙ tempus ſui aduentus eſt præteritum. Sed ad hoc reſpondent aliqui, ꝙ tantum tempus in ſcriptura bene dicitur modicum, quia in Pſal. lxxxix. a. dicitur: Mille anni ante oculos tuos tanquam dies heſterna, quæ præterijt. Sed ꝙ hæc reſponſio non valeat, patet, quia ſi tẽpus mille annorum comparetur æternitati, modicum eſt. & ſic loquitur autoritas Pſal. prædicti, quod patet per hoc quod dicit Mille anni &c. quia diuina cognitio, quæ per oculos deſignatur, æternitate menſuratur. ſed ſi referatur tempus mille annorum ad expectationẽ populi, ſic non põt dici rationabiliter loquendo, tẽpus modicũ, ſed magnum. vnde & Baruc. vj. tempus captiuitatis Babylonicę prædicitur magnum & longum, quod tamen fuit valde modicum reſpectu. ſ. lxx. annorũ. Itẽ propoſitũ per id, quod in autoritate ſubditur: Veniet deſideratus cunctis Gentibus, & replebo domum iſtam gloria.

C Et loquitur propheta de domo Dei ædificata a Iudæis poſt captiuitatem Babylonicam. Igitur ſtante illa domo venit Ieſus Chriſtus, quia propheta dicit eam replendam gloria per aduentum ipſius deſiderati cunctis Gentibus ad eam. Domus autem illa deſtructa eſt per Titum & Veſpaſianum. xlij. anno poſt domini paſſionem, ergo &c. Item tertio per hoc idem patet propoſitum per illud, quod ſequitur in autoritate prædicta. ſ. Magna erit gloria iſtius domus nouiſſimæ magis quam primæ. Et conſtat, ꝙ propheta loquitur de domo ædificata poſt captiuitatem Babylonicam, vt dictum eſt: ad cuius ædificationem inducebat populum, & prædixit gloriam eius maiorem futuram quam fuit gloria domus ædificatæ per Salomonem: hoc autem non intelligitur propter maiores diuitias ſeu honores, ſeu cultum diuinum vel ædificatores: quia ſtatus populi tunc erat quaſi nullus reſpectu illius domus, & ſtatus, qui fuit ſub Salomone. Propter hoc dicitur. 1. Eſdre. iij. ꝙ ſacerdotes, qui uiderãt primam domum lachrymabant, alijs exultantibus in dedicationem domus ſecundæ, quia quaſi nullius momenti erat reſpectu primæ, & ideo non poteſt intelligi gloria eius maior, niſi per aduentum ipſius deſiderati cunctis Gentibus qui eam glorificauit præſentia ſua: quia in ea fuit a matre oblatus, ſecundum ꝙ propheta Malachias prædixerat. iij. a. Statim veniet ad templum ſanctum ſuum dominator, quem uos quæritis, & angelus Teſtamenti, quem vos vultis. Ipſam autem domum frequenter honorauit, quando ibi docuit & prædicauit. Dicunt autem aliqui Iudæi ad hoc, ꝙ maior fuit gloria ſecundæ domus quam primæ in annis, quia plus durauit. Sed hoc non valet, quia licet verũ ſit ꝙ plus durauit, hoc tamẽ non fuit ad gloriam, ſed ignominiam quia pluribus tẽporibus fuit conculcata & dehonorata, quia Antiochus Epiphanes poſuit ibi abominandum idolum, & fecit ibi proſtibula mulierum, ſecundum ꝙ habetur. 1. Machabe. & ij. Sed quia librum iſtum non recipiunt Iudæi, ideo poteſt dici ꝙ hoc idẽ habetur. Dan. viij. Hoc etiam dicit Ioſepus li. xij antiquitatum. *Ioſephus* Similiter quando ciuitas Ieruſalem fuit capta per Pompeium imperatorem Romanorum: Item iterum alias per Herodem Aſcalonitam, & vltimo quando deſtructa fuit per Titum & Veſpaſianum. Omnibus enim iſtis temporibus fuit illa domus deiecta & conculcata. Item iſta maioritas durationis non videtur eſſe alicuius glorię notabilis. aliter enim lapis diceretur maioris honoris & glorię quam natura humana, quia eſt maioris durationis. Item ſi computemus durationem domus ſecundæ ſecundum Iudæos, dicentes eam duraſſe. ccccxx. annis habebimus ꝙ prima domus plus durauit,

D quia plures anni fluxerunt a quarto anno Salomonis, in quo fundata eſt domus prima, vſque ad xj annum Sedechię, in quo deſtructa fuit, quia fluxerunt anni. ccccxxvij. computãdo tempora regum intermediorum in iij. &. iiij li. Reg. perfecta autem fuit. xj. anno Salomonis: & ſtetit perfecta. ccccxxiij. & ſic plus quàm ſecunda durauit, ſi accipiatur duratio ſecundæ domus ſecundum computationem Iudæorum. Licet autem domus ſecunda plus durauit vt ſupra dictum eſt, tamen iſta obiectio eſt efficax contra Iudæos, quia procedit ex ſuppoſitione computationis eorum, quam reputant ueram. Patet ergo ex prædicta autoritate Aggęi, ꝙ tempus aduentus Chriſti eſt præteritum. Sed reſtat oſtendere quod in prædicta autoritate videtur dubium, ſcilicet, ꝙ in aduentu deſiderati cunctis gentibus ſit impletum quod ibi dicitur. Adhuc modicum & mouebo, non ſolum terram, ſed cælum. *Cælum quomodo ſit motum in aduentu Chriſti* Dicendum eſt quòd cęlum in aduentu Chriſti motum eſt, large accipiendo motum pro omni innouatione. quia magna innouatio in cælo apparuit quando in natiuitate Chriſti noua ſtella eſt uiſa, propter quod reges uenerunt ad ipſum adorandum. Item circa illud tempus ſ. tempore Herodis, ſub quo natus eſt Chriſtus in Iudęa, de quo magis loquitur propheta quam de alijs terris, fuit maximus terræmotus, in tãtum quòd gentes propinquę credebant, quòd in Iudæa nullus homo remáſiſſet: vt dicit Ioſephus in 1. li. de iudaico bello. Et ex hoc arguitur probabiliter aliquam coniunctionem fuiſſe planetarum notabilem, ſiue conſtellationem, ex quibus ſolent accidere talia. Quod autem motæ tunc fuerunt omnes gentes patet, quia imminente Chriſti natiuitate, præcepit Cæſar Auguſtus deſcribi vniuerſum mundum & omnes gentes Romanorum tributarios ſe profiteri. propterea ſinguli ibant ad loca unde erant oriundi ad prædicta facienda. propter quod etiam Ioſeph de Galilæa aſcendit in Bethleem cum Maria ſibi deſponſata prægnante, vt ibi profiteretur, vt patet Lu. ij. In Iudæa etiam tunc fuit facta magna commotio quia quidam nomine Iudas natione Galilæus publice aſſerebat Iudęis eſſe illicitum cognoſcere alium dominum præter Deum, & multi Iudæi ſecuti ſunt ipſum, & poſtea interfecti ab exercitu Romanorum, vt dicit Ioſephus. ij. li. antiquitatum. Et idem habetur Act. v. g. Ante hos dies extitit Iudas &c. De commotione autem maris non oportet exemplum ponere, quia frequenter ſolet accidere. Item ꝙ tempus aduentus Chriſti ſit completum, patet per autoritatem Dan. ix. f. vbi angelus Gabriel inſtruit eum de tẽpore aduentus Chriſti dicens. Septuaginta hebdomadæ abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum, & ſuper urbem ſanctam tuam, ut cõſummetur præuaricatio & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iuſticia ſempiterna, & impleatur uiſio & prophetia,

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E propheti a, & vngatur ſanctum ſanctorum. Ad intellectum huius prophetiæ primo videndum eſt, qualiter hic accipiatur hebdomada vel hebdomadas, quod idem eſt. In ſacra enim ſcriptura accipitur hebdomada dupliciter, Vno modo pro tempore ſeptem dierum. Et hoc modo communiter accipitur. nam hoc modo loquitur ſcriptura de hebdomada, Leuit.xxiij. vbi dicitur ꝙ ſeptē hebdomadæ accipiendæ ſunt a feſto paſchę, quæ faciunt.xlix dies, & l. die celebrandum eſt feſtum pētecoſtes. Alio modo accipitur hebdomada pro tempore ſeptem annorū. Et hoc modo loquitur ſcriptura. Leui.xxv.b. vbi dicitur: Numerabis ſeptem hebdomadas annorū, quæ faciunt.xlix. annos & l. annus ſequens dicitur iubileus qui apud Iudæos dicitur annus remiſſionis. Nō inuenitur aūt hebdomada poſſe accipi pluribus modis, & ideo hic non pōt accipi pro hebdomada dierum, quia alias tota prophetia Danielis fuiſſet completa infra annum & dimidium. ergo per locum a diuiſione oportet, ꝙ accipiatur pro hebdomada annorum. & in hoc omnes catholici & Hebræi cōueniunt. Sed differūt in hoc, quia aliqui catholici, vt Beda & alij dīt ꝙ iſti anni intelligendi ſunt anni lunares, qui breuiores ſunt annis ſolaribus.xj. diebus. Motus autē fuit ad hoc dicendum ex duobus. Primo ex textu, quia dicitur, Hebdomadæ abbreuiatæ. & ſicut dictum eſt: Anni lunares ſunt breuiores ſolaribus, & per conſequens hebdomadæ annorum lunarium ſunt breuiores. Secundo quia angelus loquebatur Danieli, qui erat Hebræus, & Iudæi computabant per annos lunares, ut dicit Beda. & ideo angelus poſuit numerum prædictorum lunarium Sed ſalua reuerentia Bedæ vtrunque uidetur falſum eſſe, quia in Hebręo nō ponitur abbreuiatæ in detruncationem ſeu diminutionē prout ſonat, ſed ponitur præciſe prout denotat temporis determinationem.i. non plus, neque minus. Similiter ſecundum videtur falſum. ſi enim Iudæi haberent annum breuiorem xj. diebus quam annus ſolaris quo vtimur, cum ſecundum legem teneantur primo menſe cuiuſlibet anni facere paſcha in die determinato: ſ.xvi. die primi menſis, ſequeretur ꝙ paſcha Iudæorum huius anni antecederet ſeu anticiparet paſcha anni præcedentis in.xj. diebus, & eodem modo paſcha anni ſequentis præcederet per.xxii. dies, ad qđ ſequeretur, ꝙ ipſi celebrarent Paſcha ſuum ex obligatione præcepti infra breue tempus in quolibet menſe totius anni. Hoc autem apparet manifeſte falſum ex vſu eorum: ſemper enim faciunt eodē tempore. Et ideo patet, ꝙ computant per annos ſolares ſicut & nos licet enim incipiant ipſi menſes a lunationibus, tamen tertius annus apud eos habet. xiij lunationes, ita ꝙ per amboliſmos faciunt

F æquationem temporis, & ſic computant per annos ſolares ſicut nos. dato tamen ꝙ computarent per annos lunares, nihilominus haberetur propoſitum noſtrum, vt uidebitur. Secundo uidendum eſt, ꝙ annos continent hebdomadæ prædictæ, & patet per hoc, qa ſi multiplicentur.lxx. per. vij. reſultant. cccccxc. & ſic.lxx. prædictæ hebdomadę continent annos. cccccxc. Tertio videndum eſt a quo anno incipiat computatio iſtarum hebdomadarum. Et dicunt aliqui Iudæi ꝙ incœpit ab vndecimo anno regis Sedechiæ, quando deſtructum eſt primum templum. Alii dicunt, ꝙ incœpit a primo anno Darii regis Medi, quia illo tempore dixit iſta angelus Danieli. Alij dicunt ꝙ incœpit a reditu captiuitatis ſub Zorobabel duce anno ſecundo Cyri regis Perſarum. Alii dicunt ꝙ incœpit a ſecundo anno regni Artaxerxis, quando miſſus eſt Neemias ad reædificandum ciuitatem ſanctam. Quæ autem iſtarum opinionum ſit uera & aliarum improbationem, omitto propter prolixitatem vitandam, quia iſtud diffuſe ſcripſi ſuper Danielem. Et ſecundū omnes iſtas tres computationes habebitur ſufficienter propoſitū. ſ. ꝙ tempus aduentus Chriſti ſit præteritum. quod patet, quia angelus determinate aſſignat. cccccxc. annos vſquequo impleatur uiſio & prophetia, & vngatur ſanctuſanctorum.i. Chriſtus. Sed qualitercunque incipiantur anni ſolares uel lunares, & vbicunque incipiatur computatio ſecundum prędicta, quia inferius non poteſt accipi, quam in ſecundo anno Artaxerxis, totum tamen tempus prædictum iam diu eſt præteritum, & hoc ſufficit ad propoſitum noſtrum. Si autem aliquis uelit plenius uidere, qualiter iſte numerus annorum prædictus impletus eſt per partes ſingulas & qualiter in medio hebdomadæ ultimæ paſſus eſt Chriſtus, & cætera quæ faciunt ad expoſitionem huius textus, poteſt recurrere ad id quod ſcripſi ſuper Danielem, ubi iſta diffuſe tractaui & contraria dicta vt potui, improbaui. Verum hic uolo remouere quandam ſolutionem falſam, quam dat Rab. Salomon ad rationem prædictam, dicens ꝙ illę lxx. hebdomadæ non continent tēpus præciſum vſq; ad Chriſti aduentum & paſſionis eius myſteriū, vt prædictū eſt, ſed continent tempus præciſum a deſtructione primi templi vſque ad deſtructionem ſecundi per Titum & Veſpaſianum, dicens: Et.lxx. præciſe hebdomadæ ſunt.i. præfinitę. Super populum tuum & ſuper urbem ſanctam tuam, antequam veniat perfecta captiuitas ipſorum, quæ facta eſt per Romanos comburentes ciuitatem & templum, & eijcientes inde populum Iudaicum. Vt conſumetur præuaricatio.i. vt deſiſtant a præuaricationibus caſtigati per prædictā captiuitatem & afflictionem. Et Deleatur iniquitas eorum. ſ. per captiuitatem & afflictionem prędictam quę eſt eis pro pęna, vt dicit. Et adducatur iuſtitia ſempiterna, id eſt vt in æternum iuſtificentur per prędictam captiuitatem, pro peccatis pęnam tolerādo.

*Hebdomada accipiē dupliciter*

G Vt ſic finaliter impleatur viſio & prophetia, id eſt viſiones de Chriſto promiſſe per prophetas. Et vngatur ſanctumſanctorū.i. arca domini, & vaſa ſanctuarij, quę recuperabuntur per Meſſiam in fine huius captiuitatis Iudæorum venturum, vt dicit. Sed quantum debeat durare iſta captiuitas, non dicitur, & per conſequens determinatus aduentus Chriſti ipſius hic non diffinitur. Qualiter autē exponat literam ſequentem hic omitto, tum quia non eſt neceſſariū ad propoſitum, tum quia diffuſe tractaui hoc ſuper Dan. Quod autem iſta expoſitio ſit falſa & extorta facta per eos, patet per literā præcedentem vbi dicitur ꝙ angelus Gabriel venit propter orationem Danielis orantis pro liberatione populi, ad declarādum exauditionem ſuæ petitionis. Et ideo non ſolum nunciauit ei liberationem de captiuitate Babylonica, ſed etiam perfectam liberationē fiendam per Chriſtum, de qua principaliter Daniel orabat. Et ideo dicere, ꝙ angelus veniebat ad denunciandum Danieli perfectam liberationem ſui populi, & nullum certum tempus liberationis fiendæ per Chriſtum, hoc eſt valde abſurdum & præcedenti literæ contrarium, quia angelus non veniſſet ad conſolationem Danielis, ſed magis ad eius deſolationem. Item quod dicit, ꝙ per captiuitatem, in qua ſunt, deſiſtant a præuaricationibus, hoc manifeſte eſt falſum, quia ſuper omnes gentes intendunt ſortilegijs & augurijs, vt ſciunt illi, qui nouerunt facta illorum, & tamen iſta maxime prohibentur in lege diuina, ſicut patet Deute. & Exo. & in pluribus alijs locis veteris Teſtamenti. Item ꝙ dicit impleri viſiones prophetarum per merita eorum, eſt contra id, quod dicitur Deu. ix. b. Scito ꝙ non propter iuſtificationes tuas dominus Deus tuus dederit tibi terram hanc optimam in poſſeſſionem &c. & multo minus propter iuſticias eorum eſt implenda promiſſio, & maxime quia de eo ſcribitur Eſa.viij c. Et erit in lapidem offenſionis & petram ſcandali duabus domibus Iſrael &c. Item quòd dicit per vnctionem ſanctiſanctorum intelligi vnctionem arcæ & ſanctuarij quæ recuperabuntur per Meſſiā regem, hoc eſt contra illud, quod dicitur Iere.iij.e. Cumque multiplicati fueritis & creueritis in terra Iſrael in diebus illis ait dominus, non dicent vltra arca Teſtamēti domini, neque aſcendet ſupra cor, neque recordabuntur illius, neque uiſitabuntur, nec fiet vltra. hoc eſt dictum, ꝙ cerimoniæ veteris Teſtamenti omnino ceſſauerunt poſt paſſionem Chriſti, extunc enim fuerunt mortuæ. Pluribus etiam alijs modis argumentatus ſum ſuper Danielem contra prædictum errorem, ſed iſta ad præſens ſufficiant. Item probatur tempus aduentus Chriſti eſſe præteritum, per id Dan.ij. vbi dicitur, ꝙ Nabuchodonoſor vidit ſtatuam magnam. Huius autem ſtatuæ caput ex auro puriſſi-

H mo & optimo fuit, pectus autem & brachia ex argento puro, venter & pedes eius & femora ex ære, tibiæ autem fereæ &c. Sequitur Abſciſus eſt lapis de monte ſine manibus, & percuſſit ſtatuam in pedibus eius ferreis & fictilibus, & comminuit eos. Per hanc autem ſtatuam deſignantur quatuor regna magna ſibi in orbe ſuccedentia, ſecundum quod Daniel diuinitus inſpiratus ibidem expoſuit. Primum eſt regnum Chaldæorum, quod ſignificatur per caput aureum, vt ibidem dicitur. Secundum eſt regnum Perſarum, quod ſignificatur per argentum, quod ſubiecit ſibi regnum Chaldæorum. Tertium eſt regnum Græcorum ſeu Alexandri, quod per ęs ſignificatur, quod ſubiecit ſibi regnum Perſarum. Quartum eſt regnum Romanorum, quod per ferrum ſignificatur, quod ſubiecit ſibi regnum Græcorum & alia regna mundi, ſicut ferrum domat omnia alia metalla. Per lapidem autem abſciſum de monte ſine manibus, deſignatur ipſe Chriſtus Ieſus ſiue regnum eius, cui ſubijciendum erat Romanorum imperium, vt prædicitur. Iſta autem plenius declaraui ſuper Danielem. Sed pono hic breuiter, quòd in prædicta expoſitione omnes expoſitores tam catholici quam Hebræorum concordant. Tunc hoc ſuppoſito arguo ſic. Quia in prædicta prophetia exprimitur, quòd ille, cui ſubijciendum erat regnum Romanorum, erat ipſe Chriſtus. Cum hoc igitur impletum ſit tempore Conſtantini & Silueſtri papæ, quo tempore Romanum imperium per fidem veram ſubiectum eſt Ieſu filio virginis Mariæ, patet quòd ipſe eſt verus Chriſtus, & Meſſias. Poſtquàm autem probatum eſt tempus aduentus Chriſti præteritum per ſcriptutam canonicam, hoc idem etiam probatur per gloſas & dicta doctorum Hebręorum apud eos autentica. vnde Eſa.vlti.c. dicitur: Antequam parturiret peperit. Gloſa Hebræorum: Quia antequam natus fuiſſet ille qui in ſeruitutem vltimam redegit, natus fuit redemptor. ergo ante natiuitatem Titi, qui ciuitatem deſtruxit, populum captiuauit & ſeruituti expoſuit, intantum quòd dabantur triginta Iudæi pro nummo argenteo, vt dicit Hugo. flo. fuit natiuitas ipſius Chriſti. Hoc idem patet per tranſlationem Chaldaicam ibidem. Adhuc non erit ei veniens anguſtia & redimetur, & adhuc non venit ei tremor cum doloribus propter partum reuelabitur rex Meſſiàs. dolor enim & anguſtia partus exprimunt maximam calamitatem, quàm ſuſtinuerunt Iudæi in obſidione Titi & Veſpaſiani. ergo ante obſidionem illam, & miſeriam illam venit Chriſtus. hoc concedunt multi apud eos. Dicunt tamen, quòd ipſe Chriſtus natus ſit in die deſtructionis templi. Sed cum ab illo tempore fluxerunt Mccxxxv. anni, quæritur ab ipſis, ubi ſit ipſe Chriſtus, & ubi per tantum tempus fuerit. Et dicunt aliqui, quòd

*Vanitates Iudęorum de Chriſto*



A ipſe cum angelis uiuens in eo modo, quo Moyſes uixit.xl. diebus in monte Sinai & expectat præceptum domini ad ſe oſtendendū. Alij dicunt, ꝙ eſt ultra montes Caſpios expectans præceptum domini de liberatione populi. Alij dicunt, ꝙ uadit per mundum, ſicut pauper & leproſus & humiliatus propter peccata populi, ſecūdum quod dicitur Iſa.liij.b. Et nos reputauimus eum quaſi leproſum &c. quouſq; appareat ex præcepto domini in uirtute ad liberationem filiorum Iſrael de ſeruitute & miſeria in qua ſunt. Talis autem uarietas oſtendit manifeſte, ꝙ dictum eorum quantum ad hoc eſt fictitium, ſed uerum eſt quo ad hoc, ꝙ tempus aduentus Chriſti iam diu eſt præteritum. Item hoc idem patet per quandā traditionem apud eos autenticam, & continetur in quodam libro, qui apud eos uocatur liber Iudicum ordinariorum, traditus a domo Eliæ.i. à diſcipulis eius. Per ſex mille annos erit mundus, duo milia vanitatis, duo milia legis, duo milia Meſſiæ. Ad intellectum huius eſt ſciendum, ꝙ Hebræi dicūt hoc fuiſſe dictum a filio mulieris Sareptanæ quem ſuſcitauit Helias, qui etiam poſtea habuit ſpiritum prophetiæ, & prophetauit de duratione mundi, ꝙ duraret, ut dictum eſt, ſex milia annorum. Duo milia autem dicunt tēpus vanitatis, quia a principio mundi vſq; ad uocationē Abrahæ, quia dictum eſt ei a domino: Egredere de terra &c. Gen.xij.a. mūdus defluxerat in vanitate peccatorum. Primo per luxuriam, ut patet tempore Noe, propter quod factum eſt diluuium, quia omnis caro corruperat uiā ſuā. Secundo per idololatriam poſt diluuiū, quoniam circa natiuitatem Abrahæ totus mundus erat idololatriæ deditus. ipſe autem primo auſus eſt publice unum creatorem & Deum prædicare, ut dicit Ioſephus.j. libro antiquitatū. Et iſtud tempus durauit per duo milia annorum & xxiij. quia Abrahā habuit.lxx v. annos quando uocatus eſt. Ex tunc autem incœpit tempus legis, quia lex nō datur niſi populo adunato. per Abrahā autē incœpit populus adunari ſub fide vnius Dei, & ad legem ſuſcipiēdam diſponi: propter quod Abrahæ data eſt lex circuncïſionis ad diſtinctionem illius populi, qui erat legem accepturus ab alijs populis. ab illo autem tempore. ſ. à uocatione Abrahæ vſq; ad natiuitatem Chriſti fluxerunt duo milia annorum, niſi quod deficiunt. xxix. Si igitur accipiantur.xxiij. qui ſuperabundant ultra duo milia prædicta, quæ dicūtur tempora uanitatis, habebimus quatuor milia annorum a principio mundi uſq; ad natiuitatem Chriſti, niſi ꝙ deficiunt.v. anni. Si igitur quinq; anni quibus Chriſtus latuit in Aegypto propter perſecutionem Herodis, iungantur pręcedentibus, ita ꝙ dies Meſſiæ incipiant computari ab illo tempore, quo de Aegypto eſt reuerſus, habebimus de principio mundi quatuor milia annorum vſq; ad dies Meſſiæ. ſ. duo milia uanitatis, duo milia legis ſecūdum prophetiam prædictā. Vtrum autē dies Chriſti debeat tantū durare per duo milia annorum vel plus vel minus, nō me intromitto, quia finem mundi determinandum dicere non intendo, ſed ſufficit mihi ſecundum prædictam traditionem Iudęorum, quòd tempus aduentus Chriſti ſit præteritum, ex quo iam dictum eſt, ꝙ tranſierunt a principio mūdi quatuor milia annorum, quia a principio mundi ipſi computant quinq; milia &. lxx. annos vſq; ad annum domini. Mcccix. quo præſens opus fuit ſcriptum. Item oſtēdo propoſitum per rationem ex ſcriptura ſumptam. conſiderando.n. proceſſum ve. Te. apparet, ꝙ quam diu filii Iſrael fuerunt ſeruiētes Deo, fuerunt in ſtatu proſpero. & ſi aliquādo fuerunt captiuati & afflicti, hoc fuit propter peccatum populi illius. nūc autem ita eſt, ꝙ ante captiuitatem Babylonicam fuerūt idololatriæ peſſimi & occiſores prophetarum eos a peccatis prohibentium, intantum ꝙ repleuerunt ciuitatem Ieruſalem ſanguine prophetarum vſq; ad os, ut dicitur.iiij Reg.xxj.c. Et multa alia fecerunt, propter quæ captiuitati ſunt in Babylonica: & illa captiuitas nō durauit niſi per.lxx. annos. Cum autem captiuitas in qua ſunt nunc durauerit per annos. Mccxxxv. nec adhuc appar et eorū liberatio de proximo, oportet eos concedere, ꝙ peccatum propter quod tandiu captiuati ſunt, fuit maius quàm peccata pręcedentia captiuitatem Babylonicam, cum pœna debeat reſpondere peccato. hoc autem non poteſt dici, niſi propter illud grauiſſimum peccatum, quo Chriſtum eis in lege & prophetis promiſſum negantes & perſequētes crudeliter occiderunt. quia poſt reditum captiuitatis Babylonicæ non leguntur idololatraſſe & propheras occidiſſe, & tanta crimina perpetraſſe in alijs ſicut ante. Et ideo rationabiliter non poteſt aſſignari cauſa tantæ captiuitatis & miſeriæ niſi illa, quæ dicta eſt. ſ. ꝙ non cognouerunt tempus uiſitationis ſuæ, ut Luc.xix. hoc autem Rab. Moyſes in libro Iudicum ordinariorum: Ieſus Nazarenus uiſus eſt eſſe Meſſias, & interfectus eſt p domū iudicij. & ipſe fuit cauſa & promeruit ut deſtrueretur Iſrael in gladio. Item doctrina aliqua declaratur uera, & hoc dupliciter. Vno modo per reductionem ad principia euidētia, & hoc modo declaratur ueritas eorum, quæ ſubiacent facultati naturalis intellectus. Alio modo per diuinum teſtimonium. ſ. quando ad confirmationem talis doctrinæ fit tale miraculum, de quo certum eſt, ꝙ non poteſt fieri niſi uirtute diuina, ſicut eſt ſuſcitatio mortui, illuminatio cęci, & conſimilia. Conſtat igitur, quòd nullo modo Deus poteſt eſſe teſtis falſitatis, & ideo ſi tale miraculum uel factum diuinum perpetratur ad declarationem alicuius doctrinæ, ſufficienter concluditur propoſitum. ſ. talem doctrinam eſſe veram. & hoc

*Tria tempore mundi*

*Doctrina declaratur uera dupliciter.*

C modo declarata eſt ueritas eorum, quæ excedunt intellectus facultatem, ſicut patet, quòd hoc modo declarata eſt veritas, quæ dicta eſt per Moyſen, Ioſue & conſimiles. Nunc autem ita eſt, ꝙ opera diuina ſunt multa ualde, & manifeſte facta ſunt ad declarationem Chriſti & doctrinæ eius & ſuorum, ut patet per ſcriptores ueriſſimos, & famam publicam vſq; nunc continuatam, quæ in talibus faciunt ſufficientem fidem. ſicut firmiter tenemus Ariſtotelem fuiſſe philoſophum & Platonem, & tamen non habemus inde aliam probationem niſi per famam publicam. igitur etiam ſic fuit de doctrina Chriſti. hoc etiam patet per libros apud Iudæos autenticos. Scribitur.n. in quodam libello, qui apud eos intitulatur de Ieſu Nazareni generatione, qui leproſos mundauit, & claudum ex utero matris ſuæ ſtare fecit, & mortuum ſuſcitauit, & multa alia, q̄ fieri non poterant, niſi uirtute diuina. Dicitur tamen ibidem, ꝙ talia fecerat uirtute nominis tetragrammaton, quia qui ſciret illud debito modo pronunciare, poſſet uirtute illius miracula facere, vt in eodem libro dicitur. Ieſus autem Nazarenus pronunciationem illius nominis didicit, ut ibidem dicitur, quòd in templo domini lapidem ſuper quem ſteterat arca domini antiquitus inuenit, in quo erat ſcriptum tale nomen expoſitum. vocatur autem expoſitio illius nominis deſcriptio & determinatio qualiter debeat pronunciari. Licet autem hoc dictum non ſit uerum, tamen ex hoc cōtra Iudæos habetur argumentum, quòd nomen domini tetragrammaton, quod eſt inter alia nomina ſanctiſſimum, ſecundū eos non poteſt habere uirtutem ad agendum aliquod contrarium honori diuino, ſed magis ad id, quod eſt honori diuino conſonum. Cum igitur dicunt, quòd uirtute illius nominis Ieſus Nazarenus fecerat miracula, oportet eos concedere, quòd doctrina Chriſti ad cuius confirmationem faciebat talia miracula, non erat falſa, nec honori diuino contraria, ſed magis conſona. cum ergo docuerit ſe eſſe uerum Deum, uerum Chriſtum a Deo miſſum & uerum hominem, ſequitur per conſequens, quòd iſtud ſit uerum: aliter ſequeretur, quòd ipſe fuiſſet falſus propheta & aſcriberet ſibi blaſphematorie diuinitatem, & quòd ad confirmationem iſtius falſitatis fuiſſent facta uera miracula uirtute diuini nominis ſanctiſſimi: & tunc Deus, in cuius uirtute talia miracula fierent, quæ alia uirtute fieri non poſſunt, eſſet teſtis falſitatis, quod eſt inconueniens. Item pronunciatio cuiuslibet nominis non poteſt talia facere, ſed ſolus Deus talia fecit, & facit ad inuocationē ſui nominis & uirtutis. Si igitur Chriſtus uirtute nominis prædicti fecit prædicta, oportet concedere, quod illa fecit virtute diuina, & per conſequens, ꝙ doctrina eius, ad cuius confirmationem talia fecit, fuit uera. cū Deus non poſſit eſſe teſtis falſitatis, ut ſupra dictum eſt. Hæc etiam & alia videtur dicere Ioſephus expreſſe, qui fuit maximus hiſtoriogra-

D phus Iudæorum, & apud eos autenticus. Dicit.n. ſic libro.xviij. antiquitatum ca.ix. deſcribēs tempora Tyberij Cæſaris: ſub quo paſſus eſt Ieſus: Fuit hiſdem temporibus Ieſus ſapiens vir, ſi tamē eū uirum nominare fas eſt: erat.n. mirabilium operum effector, & doctor eorum hominum, qui libenter audiunt ea, quæ vera ſunt, & multos quidem Iudæorum & multos ex Gentibus ſibi adiunxit. Chriſtus hic erat. Hunc accuſatione primorum noſtræ gentis uirorum cum Pilatus in crucem agendum decreuiſſet, non deſeruerunt eum hi, qui ab initio dilexerant eum. Apparuit.n. eis tertia die iterum viuus, ꝙ diuinitus inſpirati prophetæ uel hæc, uel alia de eo innumera miracula futura eſſe prædixerant. Item quando ſcriptura dicit aliquid futurum & determinatum, tempus, modum & locum, etſi omnia iſta concurrant in unum, manifeſte patet, ꝙ illud, qđ fuerat prędictum, eſt adimpletum. ſacra aūt ſcriptura prædixerat aduentum Chriſti, ut patet in multis locis. determinauit etiam tempus veniendi, uidelicet quando fieret tranſlatio regni, ut habetur Gen. xlix.b. Nō auferetur ſceptrum de Iuda &c. ſimiliter locum naſcendi &c. Michęæ.v.a. Et tu Bethleem &c. ſimiliter modum uiuendi. ſ. ꝙ Chriſtus in paupertate uiueret Zacha. ix.c. Ecce rex tuus uenit iuſtus & ſaluator, ipſe pauper &c. determinauit ſcriptura modum moriendi. ſ. quòd in humilitate & patientia ex parte ipſius perſonæ Chriſti, ſed in credulitate maxima ex parte ipſorum occidentium eum, ut habetur Iſa. liij.c. Tanquā ouis ad occiſionem ductus eſt &c. Cum autem hæc omnia manifeſte ſint adimplera de Ieſu Nazareno, rationabiliter concluditur quòd ipſe ſit uerus Chriſtus. Sed contra hoc arguunt Iudæi multipliciter. primo per id, quod habetur Iſa.ij. ubi loquitur de tempore aduentus Chriſti di. Erit in nouiſſimis diebus præparatus mōs domus domini in uertice montium &c. Sequitur: Conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces, non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercitabuntur ultra ad prælium. Ex his.n. formant quadruplex argumentum. Primo ex hoc, Erit in nouiſſimis diebus. Ieſus autem non fuit in nouiſſimis diebus, quia poſt natiuitatem eius fluxerunt multa tempora, igitur non fuit Chriſtus, cuius aduentus promittitur in nouiſſimis diebus. Secundo ex eo, quod ſubditur, quòd mons domus domini erit in vertice montium. Mons enim ille dicitur mons Sion, ubi fuit templū ædificatum. ſed mons ille in aliquo eſt eleuatus, ergo adhuc non venit Chriſtus. Vnde occaſione huius uerbi dicunt aliqui doctores Hebræorum, quòd dominus debet portare montem Thaber in montem Sinai, & montem Carmeli ad locum vbi eſt Ieruſalem &

*Ioſeph teſtimonium de Chriſto*

*Argumenta Iudæorū*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E lem & ſuper verticem iſtorum montium ponere montem Sion. hoc autem nondum eſt adimpletum, ergo,&c. Tertio arguunt ex eo quod ſubditur:& fluent ad eum omnes Gentes: quia non omnes Gentes crediderunt in Ieſum Nazarenum,nec adhuc credũt. igitur non fuit Chriſtus. Quarto per id quod ſubditur: Non leuabit gens contra gentem gladium &c. quia non ceſſauerunt bella per orbem, vt patet manifeſte, & maxime quia poſt mortem Ieſu in Iudæa fuerunt bella atrociſſima tempore Titi & Veſpaſiani, igitur ipſe non fuit vere Chriſtus.

*Reſponſio ad argumẽta*

Ad primum dicendum eſt, ꝙ dies nouiſſimi dicuntur ſcilicet dies Meſſiæ in ſacra ſcriptura, quãquam doctores Hebręorum debent ad minus durare per duo milia annorum, vt patet ex prædictis, & non ſolum dies Meſſiæ dicũtur dies nouiſſimi.ſed etiam aliqua tempora per ipſum Chriſtum præcedentia,vt patet Geneſis.xlix.a.ubi patriarcha Iacob dixit filijs ſuis: Congregamini vt annunciem quæ uentura ſunt nouiſſimis diebus.& ibidem non ſolum denunciat de aduentu Chriſti,ſed de multis alijs quæ impleta ſunt a tempore regum Iſrael & Iudicum,ut patet literam intuenti: & etiam ſecundum expoſitores Hebræorum. & ideo non ualet prædictum argumentum. Ad ſecundum argumentum eſt dicendum, ꝙ eleuatio montis Sion non intelligitur ſecundum localem eleuationem, ut intelligunt Iudei,ſed ſecundum nobilitatem & ſignorum magnitudinem, ſecũdum etiam quòd dicit Rab. Sa. magnus doctor apud eos, hoc eſt dictu, quòd tanta ſigna & maiora debent fieri in aduentu Chriſti in monte Sion, quàm in prędictis alijs montibus.& hoc patet impletum per Ieſum Nazarenum, qui illuminauit cæcum natum, & ſanauit languidum in probatica piſcina,& multa alia miracula fecit ibi.Ibidem etiam ſpiritumſanctum apoſtolis dedit, quod fuit maximum miraculum,quia homines idiotæ & ſimplices habuerunt noticiam perfectam ſcripturarum, & loquebantur idiomata omnium linguarum. Si autem diceretur,quòd hæc ſolutio ſumatur ex euangelio & ideo non eſt efficax contra eos,nec valet: quia ad probandum aliquid Iudæis,oportet vti ſcripturis apud eos autenticis in reſpondendo eorundem dictis.Dico quòd hoc,nõ oportet ſemper.Item non ſolum euangeliſtæ ſcribunt Chriſtum feciſſe miracula vera,ſed etiam doctores Hebræorum ut patet ex prædictis, propter quod iſta ſolutio habet efficaciam ex eorum libris. Ad tertium eſt dicendum, ꝙ ibi eſt diſtributio pro generibus ſingulorum, & non pro ſingulis generum, ſicut dicitur quòd omne

*Ioan. 9. a. & 5.a. Act. 2.a*

F animal fuit in arca Noe:quia de ſingulis ſpeciebus animalium fuerunt ibi aliqua indiuidua in arca Noe.Similiter de omnibus Gentibus aliqui crediderunt in Chriſto,ut patet per diffuſionem fidei in toto orbe.Aliter poteſt dici, quòd omnis,in ſacra ſcriptura ponitur pro multis aliquando & frequenter,ſicut habetur.ij. Re. xvij. Dixit Abſalon & omnes viri Iſrael, melius eſt conſilium. Certum eſt enim quòd ibi non erant omnes viri Iſrael præſentes, ſed multi Et ſic eſt in propoſito, quia multi conuerſi ſunt de Gentibus ad fidem catholicam, etiam tempore apoſtolorum, quia in omnem terram exiuit ſonus eorum.ſcilicet prædicationis & annunciationis fidei Chriſtianę. Ad quartum eſt dicẽdum, quòd circa tempora Chriſti fuit pax diuturna in toto orbe, & maxime in Iudęa. qđ patet ex hoc,quia imminente natiuitate Chriſti pacificatis omnibus regnis & ſub imperio Romano redactis,præceptum fuit a Cęſare Auguſto,ut deſcriberetur vniuerſus orbis:& ab illo tempore vſque ad. xl. annum poſt paſſionem Chriſti quando incœperunt Iudæi rebellare Romanis,non leguntur aliqua bella notabilia fuiſſe in Iudęa,nec Iudęos vſos fuiſſe armis,quia terra illa cuſtodiebatur a militibus Romanis:& ideo probabile eſt,quòd tunc propter diuturnitatem temporis pacis Iudęi inſtrumẽta,quibus prius vtebantur in bellis mutauerunt, in inſtrumenta agriculturæ apta, ſicut ſenſibiliter videmus fieri in terris vbi eſt pax diuturna.& ideo dicitur in autoritate prædicta: Conflabunt gladios &c.Quod autem ſubditur:Non leuabit gens contra gentem &c. non importat pacis æternitatem,ſed diuturnitatem.ubi autem habemus, vltra: in Hebræo habetur,aad,quæ dictio non ſignificat ęternitatẽ,ut patet.iiij.Reg vj.vbi nos habemus : Et ultra non uenerunt latrones Syriæ in terram Iſrael. In Hebræo habetur, aad,vel aaz,& tamen certum eſt ꝙ ibi non importat æternitatem, quia frequenter poſtea Syri inuaſerunt & deprædati ſunt terram Iſrael : ſed importat diuturnitatem temporis ad longum tempus, hoc eſt, ne illis accidat ſicut illis accidit,quos in Samariam deduxit Eliſeus de quibus eſt ibi ſermo.Quinto arguunt ibi Iudæi contra aduentum Chriſti per hoc quod habetur Eſa. xj. a. Egredietur virga de radice Ieſſe &c.vbi ſcriptura loquitur de aduentu Chriſti etiam ſecundũ omnes doctores Hebræorum & catholicos.Sequitur ibidem:Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit. Et ſequitur ibidem:Delectabitur infans ab vtero ſuper foramen aſpidis, & in cauerna reguli qui ablactatus fuit,manum ſuam mittet.dicunt ſic Iudæi, ꝙ in aduentu Chriſti aĩalia ſilueſtria dicũtur ſe domeſticare, ſic ꝙ pacifice habitabunt cum animalibus naturaliter manſuetis,& animalia venenoſa non nocebunt hominibus vel pueris,imo ſecure infantes cum eis ludent. hoc autem non eſt impletum, vt patet ad ſenſum, igitur non venit Chriſtus.Ad hoc eſt dicendum, quòd ibi eſt locutio metaphorica, quia ibi nominantur homines nominibus animalium. Simile habetur Gen. xlix. d.Beniamin lupus rapax &c.Et ibidem: Neptalim ceruus emiſſarius.Et ibidem: G Dan coluber in via.Et igitur dicendum eſt in propoſito, ꝙ Iudęi et Gentiles,qui prius erant adinuicem nociui & odioſi, pacifice ſimul habitabunt cõuerſi ad fidem Chriſti,vt dicitur Act. iiij.f.Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna : & tamen illo tempore fuerunt ad fidem Chriſti conuerſi aliqui Gentiles,ut patet eodem libro. Et eodem modo exponẽdum eſt de pueris quod ſequitur,& de animalibus venenoſis,quia ſimplices, & pueri non læduntur ab eis,qui ante conuerſionem ad fidem Chriſti erant veneno infidelitatis & perfidiæ repleti Quod autem talis modus loquendi ſit in prædicto ca. Iſa. patet per id quod præmittitur ibi, quia ſtirpem Ieſſe vocat virgam.ſimiliter ipſum Ieſum vocat florẽ, cum dicit:Et flos de radice eius aſcendet &c. Et ſimiliter cũ ſubiũgit.Erit iuſticia cingulum lumborum eius,& fides cinctorium renum eius:manifeſte habetur, quòd ibi cingulum & cinctorium metaphorice accipiuntur Et hæc omnia patent per tranſlationem Chaldaicam, quæ ſic habet : Exibit rex de filijs Eſa, & Meſſias de filijs filiorum eius.Sequitur:Et erunt iuſti circuncirca ei,& fideles adhærentes ei, & erit iuſticia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius.vbi nos habemus : Habitabit lupus cum agno.ibi ſequitur : Et pax in diebus eius multiplicabitur. Ex quo patet, ꝙ eſt locutio metaphorica.Poteſt etiam dici,quòd adimpletum eſt ad literam in fidelibus Chriſti, quia feræ manſuetæ factæ ſunt frequenter coram fidelibus Chriſti eorum deuorationi expoſitæ, ſimiliter beſtiæ venenoſæ non poterant eis nocere,ut eis Saluator promiſerat in euangelio : Dedi uobis uirtutem calcandi ſuper ſer.& ſcor.&c.& Act. xxviij.b.dicitur, ꝙ Paulus percuſſus a vipera in nullo læſus eſt. propter quod barbari videntes hoc & admirantes,dicebãt ipſum eſſe Deum,vt patet ibidem.Sexto arguũt per id, quod habetur Deu. xxx. a. Si ad cardines cæli fueris diſsipatus inde retrahet te Dominus Deus tuus,& aſſumet atque introducet te in terram quam poſſederunt patres tui &c. Ex hoc ibi arguunt, cum ſimus diſperſi per totum mundum & non congregati, ſequitur quòd non uenerit Chriſtus. Ad hoc eſt dicendum, ꝙ hoc fuit impletum in reditu eorum de captiuitate Babylonica.Sed contra hoc arguunt per id quod habetur Ezech.xxxix.g.Scient ꝙ ego dominus eorum, eo quòd tranſtulerim eos in nationes & congregauerim eos ſuper terrã ſuam,& non dereliquerim quemcunque ex eis ibi.Multi enim derelicti ſunt de captiuitate Babylonica & Aſſyriorum,quia non omnes reuerſi ſunt: igitur tunc nõ fuit impletum tempus Chriſti. Ad hoc dicendum, ꝙ nulli fuerunt ibi H derelicti, qui uoluiſſent reuerti, quia Cyrus,qui erat monarcha in omnibus illis regnis dedit licentiam generalem omnibus reuertẽdi,immo etiam munera dedit reuertentibus,ut patet Eſdræ.j.& iõ in hoc impletum eſt uerbum Ezechielis & ipſius Moyſi:quia nullus derelictus eſt ibi,qui uoluerit reuerti.illi autem,qui noluerũt, facti ſunt indigni diuino beneficio.Aliter poteſt dici ſic,quòd prædicta congregatio poteſt intelligi per fidem & charitatem,quę cõgregatio eſt per Chriſtum Ieſum,ſecundum quòd exponit Ioh.xj. vbi dicit, ꝙ Caiphas prophetauit quòd Ieſus erat moriturus pro gente,&non tantũ pro gente,ſed ut filios Dei,qui erat diſperſi,cõgregaret in vnum. nullus autem extra hãc congregationem derelinquitur,qui velit intrare,quia nulli clauditur gremium eccleſiæ. Septimo arguunt Iudæi per id quod habetur Zach.vj.d.Et oriens nomen eius.Tranſlatio autem Chaldaica ſic habet: Meſsias nomẽ eius.Ex quo patet, ꝙ de Chriſto intelligitur. & ſequitur in eadem autoritate:Et ædificauit aliquod templũ domino. Ieſus autem nõ ædificauit aliquod templum domino, igitur non fuit Chriſtus. Ad hoc eſt dicendum,quòd hæc autoritas intelligitur de ſecundo templo ædificato per Zorobabel ut dicit Ra. Sa. doctor eorum.& ideo ex hoc contra nos non habent argumentum. Sed dato quòd intelligatur de Chriſto ad literam,eſt dicendum, quòd ipſe ædificauit templum de lapidibus viuis & ſpiritualibus, videlicet de ipſis fidelibus.& talis ædificatio debebatur ipſi Chriſto quæ eſt perfectiſſima.vnde ſuper illud Gen.xxviij.d.Non eſt hic aliud niſi domus Dei &c. i. domus,quæ ædificata eſt in terris, nil eſt reſpectu domus cæleſtis. Illa proprie ædificatur ex lapidibus uiuis videlicet ex fidelibus in præſenti compaginatis ad inuicem, & conglutinatis per gratiam, & in futuro per gloriam. vbi habetur in glo. Hebr.quòd patriarcha Iacob uidit Dei domum ædificãdam in terris & domum Dei in cœlis.ideo dicit:Non eſt hic aliud &c.Octauo arguunt per id,quod habet Iere.xxiij.a.Ecce dies veniunt, dicit dominus,& ſuſci.Da.ger.iuſtum &c.quod de Chriſto intelligitur,vt ſupra allegatum.Et ſubditur ibidem:In diebus illis ſaluabitur Iuda &c. Sed nunquam acciderunt tot miſeriæ filijs Iſrael ſicut poſt paſſionem Chriſti patet in deſtructione ciuitatis & templi.ergo non fuit verè Chriſtus. Ad hoc dicendum,quòd iam non erant filij Iſrael & Iuda proprie loquendo,quia erant auerſi a Deo, quia Chriſtum negauerunt & occiderunt : propter quod in illam miſeriam venerunt.ideo ex illa miſeria magis concluditur propoſitum,ſicut patet ex prædictis.Illi autem qui erant uere filij Iſrael, & qui ſcilicet Chriſtum receperant, ſaluati ſunt per ipſum,non ſolum ſpiritualiter quantum ad animas,ſed etiam quantum ad corpus corporaliter.quia ſecundum quod dicitur in eccleſiaſtica hiſtoria,imminente deſtructione ciuitatis Ieruſalem per Titum & Veſpaſianum

*Rom. 10. d*



A ſpaſianum admoniti ſunt fideles, qui erant in Iudæa per angelum vt tranſirent in regnum regis Herodis Agrippę, qui erat confœderatur Romanis,& ſaluati ſunt in bona pace,& ibi habitabãt confidenter. Aliter poteſt dici ad autoritatem prædictam Iere.quia illi ſunt perfecti de regno Chriſti,de quo ibi loquitur,qui iam ſunt in gloria cæleſti.& illi habitant omnino confidenter,& ſunt perfecte ſaluati.Nono arguunt per id,quod habetur Dan.vij.d.Aſpiciebam in viſione noctis,& ecce in nubibus cœli quaſi filius hominis veniebat. Secundum omnes expoſitores Iudæorum & catholicos loquitur ibi de aduentu Chriſti. Ieſus autem Nazarenus non venit in nubibus,nec in tali poteſtate,qualis ibi deſcribitur, ergo nõ fuit Chriſtus. Ad hoc dicendum, quòd ſcriptura loquitur de duplici aduentu Chriſti, ſcilicet in mundum & ad iudicium. primus aduẽtus deſcribitur cum humilitate.ſecundus cum poteſtate.Daniel autem loquitur de ſecundo aduentu. vnde ibidem ſequitur: Donec throni poſiti ſunt.Et ibi dicitur:Iudicium ſedebit,& aperti ſunt libri. Iudæi autem excæcati neſciunt aduentum duplicem diſtinguere,& ideo errãt multipliciter,quia aliqui expectant Chriſtum in ſecundo aduentu apparere in tanta virtute, quòd poſſit omnia terrena ſibi ſubijcere, & eos liberare & regnum eorum reſtituere.propter quod etiam Chriſti diſcipuli poſt eius reſurrectionem quærebant Act. j.a.Domine ſi in tempore hoc reſtitues regnũ Iſrael? Alij autem propter ſcripturas, quæ manifeſte loquuntur de Chriſto,& de humanitate,& de paſſione eius:& propter illas quæ loquuntur de eius eminentia & poteſtate,expectant duos Meſſias vnum qui dicitur filius Ioſeph, & iſte eſt paſſurus & occidendus. alium qui dicitur filius Dauid qui ſuſcitauit filium Ioſeph Meſsiã & reſtituet regnum Iſrael. & ad hoc ſaluandum ponunt diuerſas ſcripturas. Sed iſtud dictum non habet autoritatem in ſcripturis. Licet enim plures dicti ſint Meſsiæ ſiue uncti,quod idem eſt participatione, vt Dauid & Saul & quidam alij,nullus tamen in ſcriptura ad ſalutem populi dicitur venturus niſi vnus.Item iſtud dictum pro tanto habet aliquam apparentiam, pro quanto impletũ eſt de Chriſto,qui fuit filius Ioſeph putatiuus,& ſic vocatus,vt patet in euangelio.& etiam filius Dauid ſecundum carnem, vt patet ex prædictis. Decimo arguunt per id, quod habetur Iſa.xxx.f.Erit lux lunæ ſicut lumen ſolis,& lumen ſolis erit ſeptempliciter, ſicut lux ſeptem dierum,in die,qua alligauerit dominus vulnus populi ſui, & percuſſuram plagæ eius ſanauerit. cum igitur aduentus Chriſti expectetur ad ſalutem populi, igitur in aduentu eius mutatio corporum cæleſtium fiet.cum hæc non ſit adhuc facta,videtur,quòd promiſſio de aduentu Chriſti adhuc non ſit impleta. Ad

*Duplex aduentus Chriſti reperitur in ſcriptura*

B hoc dicendum ſicut & ad præcedens argumentum, quod loquitur de aduentu Chriſti ad iudicium. tunc enim innouabuntur & mutabuntur quodãmodo corpora cæleſtia, & tunc ſanabitur vulnus populi & percuſſura plagæ eius,quia tunc deſtruetur mortalitas per peccatum primorum parentum inducta, quia omnes homines reſurgent ad vitam immortalem. Vndecimo arguunt per id,quod habetur Eſa. liij.d. Videbit ſemen longæuum &c.& Pſal. lxxxviij.e.Ponam in ſeculum ſeculi ſemen eius Ieſus autem Nazarenus non legitur filios habuiſſe. ergo non fuit Chriſtus. Ad hoc eſt dicendum,quòd habet & habuit filios ſpirituales. & talis filiatio ſibi debebatur per fidem & ſacramenta,non autem per carnalem propagationem, quæ ſemper habet fœditatem coniunctam. C Vnde ſuper illud Gen.xxj b.In Iſaac vocabitur tibi ſemen.Glo.Hebræorum: Omnis,qui confeſſus fuerit duo ſecula vel Deos,vocabitur tibi ſemen. vocantur autem hic duo ſecula tempus legis & tẽpus Chriſti. Illi ergo etiam,qui per fidem confitentur Chriſtum, ſunt ſemen & filij Chriſti.Duodecimo arguunt per id,quod habetur Ezech.vlt.vbi deſcribitur quoddam templum mirabile & magnum in terra Iſrael ędificandum.& hoc dicunt in aduentu Chriſti complendum.hoc autem non eſt factum, igitur &c. Ad hoc eſt dicendum, quòd ſcriptura ibi loquitur ſub metaphora de domo cæleſti, de qua ſupra dictum eſt. Et hoc patet per id,quod in fine Ezech.concluditur:Et nomen ciuitatis ex illo die:dominus ibidẽ. Hoc etiam patet per multa alia, quæ ponuntur in litera. quia ibi deſcribitur fluuius habens ligna pomifera ex vtraque parte facientia fructus quolibet menſe, & habentia folia nunquam defluentia. quæ nullo modo videntur verificati ad literam. Hoc etiam videtur per dictum Rab. Sa. doctoris Hebræorum dicentis, quòd de Ieruſalẽ ſuperna locutæ ſunt ſcripturæ in fine Ezech. Hæc igitur ſunt,quæ arguunt Iudæi & quædam alia,quæ dimitto. Tum propter prolixitatem vitandam. Tum quia etiam ſolutiones eorum patent ex prædictis. Et ſic patet tertium principale quod erat determinandum in iſta quæſtione, videlicet quòd tempus aduentus Chriſti ſit præteritum. Vltimo ſoluendum eſt argumentum,quod fiebat in oppoſitum in principio quæſtionis.vbi dicebatur : quòd ſi prædicta de fide catholica poſſunt probari per ſcripturam a Iudæis receptam, non eſt veriſimile, quin illi qui ſunt inter eos ſtudioſi hoc percepiſſent,& per conſequens ſuũ errorem reliquiſſent.Ad hoc eſt dicendum, ꝙ multi inter eos literati perceperunt & a tempore Chriſti, ſicut patet de Nathanaele, Nicodemo,Gamaliele,qui fuerunt doctores & periti in lege.Similiter de Paulo apoſtolo & Apollo, & multis alijs. vnde Iohan.xij.f. dicitur.Et de principibus multi crediderunt in eum, ſed propter Phariſæos non confitebantur,ne de ſynagoga expellerentur dicebantur tunc principes ſacerdotes & legiſdoctores.Multi etiam poſtea legiſperiti hoc perceperunt, ſicut dictum eſt de Ioſepho, & idem poſſet dici de multis alijs. Multi autem auertuntur a fide Chriſti triplici de cauſa. vna eſt propter timorem penuriæ temporalis, quia ſemper fuerunt cupidi, & in lege eorum ſemper promittitur abundantia temporalium, ideo ſupra modum abhorrent contrarium. Alia cauſa eſt, quia a cunabulis in odijs Chriſti nutriuntur, & legi Chriſtianæ & Chriſticolis maledicunt in ſynagogis omni die. Illa autem ad quæ homines ſunt aſſueti a pueritia, ſunt quaſi in naturam conuerſa, & per conſequens auertunt D iudicium intellectus a veritate contraria. Tertia cauſa eſt propter difficultatem & altitudinem eorum, quæ in fide catholica proponuntur credenda, ſicut eſt trinitas perſonarum in diuina natura,& duæ naturæ in una perſona Chriſti,& ſacramentum euchariſtiæ, quæ nullo modo poſſunt capere. & ideo reputant nos tres Deos colere & credere. In ipſo etiam ſacramento euchariſtiæ reputant nos peſſimos idololatras,ſicut per experientiam cognouerunt illi,qui frequenter de iſtis cum eis contulerunt,& ideo a fide catholica pro talibus auertuntur, & plures iam baptizati ad vomitum reuertuntur.

*Auerſio Iudæorum à fide Chriſti cõtingit propter tria*

## *Tractatulus venerabilis patris Nicolai de Lyra,ordinis minorum,contra quendam Iudæum ex uerbis euangelij,Chriſtum & eius doctrinam impugnantem.*

POtens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt,arguere. Ad Titum. 1.b.Licet autem propoſitum verbum epiſcopalis conditionis ſit expreſſiuum, conuenienter tamen poteſt accipi, vt ſit expreſſiuum perfectionis catholici doctoris, ad quem ſpectat exhortari fideles in ſana doctrina, & infideles arguere contradicentes catholicæ veritati. Aduertendum tamen, ꝙ licet dicere ſe talem eſſe doctorem, arrogantiſſimum videatur : tamen profiteri doctrinam hanc ſe deſiderare & aſſequi, uiri ſtudioſi proprium eſſe videtur.Propter quod ſapiens Pythagoras,vt euitaret arrogantiæ notam, noluit ſe dicere ſapientem, ſed philoſophum, id eſt ſapientiæ amatorem, quod cuilibet ſtudioſo eſt honeſtum.Vera autem ſapientia,quæ in uita præſenti habetur, in ſcriptura veteris ac noui Teſtamenti continetur. Propter quod dicitur Deu.iiij.a. Hæc eſt enim veſtra ſapientia & intellectus coram populis.Poſtquam autem ego auxiliante domino ex amore ſapientiæ ſcripſeram ſuper vtrumque Teſtamentum,ſecundum gratiam a domino mihi datam, quidam tractatus a Iudæo quodam confectus venit ad manum meam,in quo ex verbis euangelicis autorem euangelij dominum noſtrum Ieſum Chriſtum nititur impugnare.Licet autem eius impugnatio apud intelligentes nullius aut modici ſit momenti, quia tamen per eam poſſent turbari ſimplices,ideo talem temerariũ veritati contradicentem arguere propono, prout dominus mihi dabit. Sic autem intendo procedere, quia ponam ſingulas euangelicas autoritates,quas accipit,& iuxta quamlibet autoritatem obiectionem ſeu obiectiones,quas Iudęus contra Chriſtum elicit, & conſequenter eas deſtruere, non ſolum per ſcripturam noui Teſtamenti aut catholicorum doctorum, ſed etiam per ſcripturas veteri Teſtamenti, & doctorum Hebraicorũ conabor.Dicitur igitur primo ſic:*Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid filij Abraham : Abraham genuit Iſaac,Iſaac,autem genuit Iacob : Iacob autem genuit Iudam & fratres eius : Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar*. Sequitur infra. *Salmon autem genuit Booz de Raab: Booz autem genuit Obeth ex Ruth*.Et infra: *Dauid autem rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ, id eſt ex Bethſabee quæ fuit vxor Vriæ*.Ex hoc autem arguit ſic: In hac genealogia Ieſu Chriſti Nazareni, quæ eſt principum noui Teſtamenti, nulla ſancta mulier nominatur,ſcilicet Sara,Rebecca & ceteræ,ſed tantum quatuor prędictæ quæ ſunt in ſcriptura reprobatę.Prima namque ſcilicet Thamar ſub ſimulatione meretricis ſuppoſuit ſe Iudæ ſocero ſuo,& ſic concepit ex ipſo Phares & Zaram.Secunda vero ſcilicet Raab,meretrix cognominatur:Fuit etiam genere Chananęa, & ſic videtur fuiſſe mulier luxurioſa,vilis & idololatra. Tertia ſcilicet Ruth fuit de populo Moab, qui colebat idola. Quarta vero fuit Bethſabee, quæ fuit adultera,vt patet.Ex hoc ergo innuitur manifeſte, quòd tota genealogia Ieſu Nazareni & eius natiuitas erat ordinata ad immundiciam carnis & idololatriã. Ex quo ſequitur, quòd non fuit vere Chriſtus, & quòd Chriſtiani ſunt legis tranſgreſſores & immundi. comedunt enim carnes ſuillas, &c. quæ in lege ſunt prohibita.Sunt etiam idololatræ peſſimi,adorãtes ieſum purum

*Opportuna conſinuatio huius tractatus ad præce.*

*Arguit Iudæus natiuitatem Chriſti ex eius genealogia eſſe ſuſpectã.*

*Obiectio Iudæi prima & multifaria.*

*Gen. 38.*

*Ioſuæ. 2.*

*2. Reg. 11.*

*Secunda*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E purum hominem tanquam Deum, & quòd peius eſt, hoſtiam de frumento ab eis formatam & coctam adorant ſicut Deum, quod eſt deriſibile, & poſtea comedunt, quod eſt horribile. In ſolutione iſtorum intendo tria facere. *Reſponſio* Primum eſt oſtendere, quod non valet id ꝙ obijcitur. Secundum, quòd in proceſſu falſum præſupponitur. Tertiū quare nomina dictarum mulierum in genealogia Chriſti exprimuntur: Nam argumentum hoc principaliter quærere videtur. Circa primum oſtenditur primo, vt clauus clauo retundatur, quòd ſimilis ratio vel fortior poteſt fieri contra Meſſiam a Iudæis expectatum. Iere. xxiij. a. dicitur de ipſo: Ecce dies veniunt dicit dominus, & ſuſcitabo Dauid germen iuſtum. quod omnes Hebræi exponunt de Chriſto. Vnde & tranſlatio Chaldaica, quæ eſt Hebraicæ literæ in pluribus locis expoſitiua, habet ſic: Suſcitabo Dauid Meſſiam iuſtum. Omnes enim Iudæi confitentur Meſſiam de Dauid deſcenſurum. *Matt. 22. d* Propter quod, quærente Saluatore a Phariſæis de Chriſto, cuius filius eſt, dixerūt Dauid. *Peccata Dauid* Dauid autem multipliciter dicitur & grauiter peccaſſe. *Primum* Primo in morte ſacerdotum Nobe, *1. Reg. 22.* qui per omiſſionem cautelæ debitæ, fuit occaſio mortis ipſorum, petendo panes & gladium ab Achimelech præſente Doech Idumæo, propter quod filio Achimelech fugienti ad Dauid, dixit: Ego ſum reus omnium animarum patris tui. Et numerus occiſorum ſacerdotum fuit. lxxxv. virorum & cum hoc ciuitas eorum fuit ſuccenſa, & mulieres & paruuli trucidati. *Secundum* Item peccauit peccato adulterij & etiā raptus, vt videtur in vxore Vriæ. de qua dicitur. ij. Reg. xj. a. Miſſis itaque Dauid nuncijs, tulit eam per potentiam regalem. *Tertium* Item peccauit peccato homicidij proditorie commiſſi: nā Vriam fideliſsimum ſibi militem occidit gladio filiorum Ammon, vt ibidem dicitur. Et quia poſtea factum fuit diuulgatum, ſurrexit inde ſcandalum maximum. propter quod dicebatur in populo vulgariter de ipſo Dauid, Quomodo poterit eſſe ſalus ei, qui rapuit ouem & occidit paſtorem? *Quartum* Item peccauit grauiter, omittendo non ſolum punitionem debitam, ſed etiam increpationem filij ſui Ammon de oppreſsione violenta ſororis ſuæ *2. Reg. 13.* Thamar. Dicitur etiam ibi: Cum autem audiſſet Dauid verba hæc contriſtatus eſt valde, & noluit contriſtare ſpiritum Ammon filij ſui, quia diligebat eum. *Quintum* Item peccauit grauiter in Miphiboſeth filio Ionathæ, cuius ſeruum accuſantem dominum ſuum de crimine læſæ maieſtatis & falſo, vt habetur. ij. Reg. xvj. poſt cognitam innocētiam Miphiboſeth & nequitiam Sibę ſerui ſui, illum ſeruū

F quem de iuſticia tenebatur decapitare, non ſolum non puniuit, ſed etiam contra iuſticiam medietatem hæreditatis Miphiboſeth ſibi dedit, vt habetur. ij. Reg. xix. *Sextum* In hoc etiam fregit iuramentum fœderis initi cum Ionatha patre Miphiboſeth, vt habetur. j. Reg. xx. g. Quæ iurauimus ambo in nomine domini, dicētes: Dominus ſit inter me & te, & ſemen meum & ſemen tuum, vſque in ſempiternum: & ſubintelligitur, firmiter ſeruabuntur. Et propter grauitatem huius peccati dicunt doctores Hebræorū, ꝙ regnū Dauid fuit poſtea diuiſum. Vnde ſuper illud verbum Dauid. ij. Reg. xix. e. Tu & Siba diuidite poſſeſsiones: dicit gloſſa Hebraica, ꝙ tunc venit vox de cælo dicens. Roboam & Ieroboam diuidēt regnum. *Septimum* Itē peccauit Dauid per ſuperbiā in numeratione populi. ij. Re. xxiij. c. & in tranſgreſſione præcepti diuini, quod hr̄ Ex. xxx. vbi dr̄: in numeratione populi pro quolibet capite deberet dari dimidium ſiclum argenti dn̄o, quod tunc non fuit factum, & propter grauitatē peccati mortui fuerunt de populo Iſrael ſeptuaginta milia virorum, vt hr̄ ibidem. Hæc autem ſcripta ſunt in ueteri Teſtamēto de peccato Dauid: & forſitan plura alia cōmiſit, q̄ non ſūt ſcripta: Igitur ſi propter peccata prædictarum mulierum in Genealogia Ieſu Nazareni poſitarum arguunt Iudæi, ꝙ Ieſus Nazarenus non fuit Meſsias in lege & prophetis promiſſus, eadem ratione, vel fortiori poteſt argui, ꝙ Meſſias, quem expectant deſcenſurum de Dauid, qui fuit tot & tantis criminibus irretitus, non ſit Meſsias eis promiſſus: *Ad obiectionem primā* Item oſtenditur, quòd argumentum eorum non valet. Frequenter enim leguntur homines ſancti ex parentibus nequiſſimis procreati, & econuerſo ex ſanctis nequiſſimi. Sicut Achaz nequiſſimus genuit Ezechiam ſanctiſsimum. *4. Re. 16. d* Et Ezechias ſanctus genuit Manaſſen peſsimum, qui poſuit idola in templo domini, & effudit ſanguinem multum nimis, donec impleretur Ieruſalem vſque ad os, Similiter Ammon peſsimus genuit Ioſiam ſanctiſsimum, *4. Reg. 21. c* qui genit tres filios peſsimos, qui propter peccata ſua traditi fuerunt in manus infidelium. vnus in manu regis Agypti, & alij duo in manu regis Babylonis, ut habetur. iiij. Re. xxiiij. & xxv. Ex hoc patet, quòd non habetur argumentum contra veritatem Chriſti, eo quòd in eius genealogia ponuntur peccatores & peccatrices cum iuſtis. *Ad ſecundam* Quòd autem arguit vltra Chriſtianos eſſe legis trangreſſores & immundos, eo ꝙ comedunt carnes porcinas & alia a lege ꝓhibita, non ualet. Nam illa præcepta erant ceremonialia, & per cōſequens figuratiua ſtatus futuri ſub Chriſto: propter quod publicato euangelio, ceſſant non ſolū vt mortua, ſed ēt ut mortifera, ſi ſeruarentur vt obligatoria ex lege. Nam hoc eſſet dicere ſaltem facto, ꝙ aduentus Chriſti nondum eſſet completus. Si autem aliquis abſtineret a carnibus porcinis vel hmōi ex alia cauſa, ut pote quia ſunt ſibi abominabiles, vel non ſanæ, nullum eſſet peccatū. *De cibis Chriſtianorum licitis* Quòd aūt tales ſibi tempore Chriſti ſint liciti, patet ex Actibus apoſtolorum & epiſtolis in multis locis, quæ propter breuitatē omitto, & quia notum eſt fidelibus Chriſtianis.

G Itē Rab. Mo. ſuper Geneſim inducit autoritatē Pſal. *Pſ. 145. b* Qui cuſtodit ueritatē in ſeculum facit iudicium iniuriam patientibus, dat eſcam eſurientibus, dominus ſoluit compeditos. & hic eſt finis verſus in Hebræo. Exponit igitur iſte doctor finem huius verſus, de eſca tempore Meſſiæ, dicens ꝙ hæc eſt litera: Dat eſcam famelicis dominus, abſoluens prohibita ſiue † mandata. *† ligata* Et exponendo ſic dicit: Omnis beſtia, quæ immunda reputatur in hoc ſeculo, Deus hic ſanctus benedictus faciet eā mundam in futuro ſeculo, ſicut primitus fuit munda filijs Noe, q̃bus dicitur Gen. ix. a. Sicut olera virentia dedi vobis omnia. Sicut enim olus fuit mundum omnibus, ſic etiam & beſtia filijs Noe. Et ita in futuro abſoluet Deus quidquid prohibuit cibis. Sciendum tamen quòd iſte doctor & alij Hebręorum doctores loquentes de præſenti ſeculo & futuro, per præſens ſeculum intelligunt tempus currens vſque ad Meſſiam, & ibi incipit ſeculum futurum. Cum ergo Ieſus Nazarenus ſit Meſſias verus vt declarabitur infra a tempore paſſionis ſuæ, in quo terminatus fuit curſus legis Moſaicæ, liciti ſunt cibi in lege Moſaica prohibiti: Et ideo Paulus apoſtolus in lege & prophetis edoctus dicit. *1. Tim. 4. b* Omnis creatura Dei bona eſt, & nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. ſanctificatur enim per verbum Dei id eſt per eius filium modo dicto. *Ad particulam ſecundam arg. 2.* Quod autem arguit vltra, Chriſtianos eſſe idololatras, eo quòd adorant Ieſum Nazarenum hominem purum. Ad huius deſtructionem plenariam, oſtenditur primo, quòd Ieſus Nazarenus ſit Meſsias verus. Secūdo ꝙ verus Meſſias ſit homo & Deus, & ex his concludetur, ꝙ ſit latria adorandus. Primum probatur per opera, quæ fecit, virtutem totius naturæ creatæ tranſcendentia, & ſic fuerunt opera diuina. Fiebant autem ad teſtimonium veritatis doctrinæ Ieſu Nazareni, quia dicebat ſe eſſe Meſſiam in lege & prophetis promiſſum ad ſalutem hominum. Igitur cum Deus non poſſit eſſe teſtis falſitatis, ſequitur, quòd Ieſus Nazarenus ſit Meſſias uerus. *Ioan. 3. a* Propter quod Nicodemus legis doctor videns opera Chriſti, dixit ei: Scimus quia a Deo veniſti magiſter: Nemo. n. poteſt facere hæc ſigna, quæ tu facis, niſi Deus fuerit cum eo. Nec poteſt dici, quòd fuerunt facta virtute diaboli. Nam illuminatio cæci nati, ſuſcitatio mortui quadriduani, ſunt contraria naturæ: & multa alia, quæ fecit Ieſus Nazarenus, ita tranſcendunt virtutem totius naturæ creatæ, quòd non poſſunt attribui niſi virtuti diuinæ.

H Sed quoniam Iudæi non recipiunt euangelia, ideo induco ad probandum propoſitum, Hæbræorum dicta. *Ioſephi teſtimonium de Chriſto. Antiq. libr. 18. c. 9.* Ioſephus enim hiſtoriographus Hebræorum, dicit de Ieſu Nazareno: Fuit hiſdem temporibus Ieſus ſapiens vir, ſi tamen uirum eum nominare fas eſt, erat enim mirabilium operum effector, & doctor eorum hominū qui libenter audiunt ea, quæ uera ſunt, & multos quidem Iudæorum, multoſque ex Gentibus ſibi adiunxit. Chriſtus hic erat. Hūc accuſatione primorum noſtræ gentis virorum, cum Pilatus in crucem agendum decreuiſſet, non deſeruerunt eum hi, qui ab initio eum dilexerunt. Apparuit enim iterum eis viuus tertia die, ſecundum quod diuinitus inſpirati prophetæ, vel hic vel alia innumera de eo futura miracula prædixerant. Item quando ſacra ſcriptura denunciat aliquod futurum, determinat tempus, locum & modū, ſi omnia iſta concurrant in vnum, manifeſte patet, ꝙ illud, quod fuerat prædictum in illo eſt adimpletum: Sacra autem ſcriptura prædixit Chriſti aduentum, vt patet in multis locis. Determinauit tempus veniendi, videlicet quando geret tranſlatio regni Iudæorum ad alienigenam, *Gen. 49. b* Non auferetur ſceptrum de Iuda & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus eſt, &c. vbi tranſlatio Chaldaica habet: donec veniat Meſſias. Similiter determinauit locum naſcendi, *Miche. 5. a* Et tu Bethleem Ephrata paruulus es in milibus Iuda: ex te enim mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſrael, id eſt, Meſsias ſiue Chriſtus. Propter quod principes ſacerdotum & Scribæ interrogati ab Herode de loco natiuitatis Chriſti, reſponderunt, quòd Bethleem Iudæ erat locus, allegantes ad hoc iſtam autoritatem, vt patet Mat. ij. a. Item determinauit modum uiuendi, ſcilicet in paupertate, *Zach. 9.* Exulta ſatis filia Sion, iubila filia Ieruſalem: ecce rex tuus ueniet tibi ſanctus & ſaluator, & ipſe pauper. quæ autoritas ſecundum Hebræos intelligitur de Chriſto ad literam. Similiter determinauit modum moriendi, ſcilicet in maxima patientia ex parte Chriſti, & in maxima crudelitate ex parte occidentium ipſum, *Iſaię. 53. c* Tanquam ouis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet. Omnia iſta concurrerunt in Ieſu Nazareno, quia natus fuit tempore Herodis, qui primus de alienigenis regnauit in Iudæa. Natus etiam fuit in Bethleem, & in paupertate vixit a natiuitate vſque ad mortem. Suſtinuit etiam patientiſſime mortem acerbiſsimam, & ideo ex iſtis in eo concurrentibus, patet ipſum eſſe verum Meſsiam, & ſic patet primum. *Meſſias eſt uerus homo & deus* Secundo probatur, quòd Meſsias ſit verus homo & Deus: Hoc autem non ſolum clamat ſcriptura noui Teſtamenti, verum etiam veteris. *Iſaiæ. 9. a* Scribitur enim de Chriſto: Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis. Ex quo patet vera humanitas. Per hoc quod ſubditur: Et uocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius, Deus fortis, pater futuri ſeculi, princeps pacis, patet eius vera diuinitas. Item Ieremi. xxiij. a. Ecce dies veniunt, dicit dominus, & ſuſcitabo Dauid germen iuſtum. tranſlatio Chaldaica habet, Meſsiam iuſtum. Per hoc quod dicitur: Germen Dauid, apparet eius humanitas.

A Per hoc autem quod ſubditur ibidem: Et hoc eſt nomen, quod vocabunt eum, dominus iuſtus noſter, apparet eius diuinitas. Nā vbi habemus, dominus, in Hebræo habetur nomen domini tetragrammaton, quod eſt appropriatum altiſſimo creatori, vt dicit Rabbi Moyſes, in libro directionis perplexorum. Item Micheæ. v. a. Et tu Bethleem Ephrata paruulus es in milibus Iuda: ex te enim mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſrael: tranſlatio Chaldaica habet: Ecce coram me egredietur Meſſias. & in hoc apparet natiuitas Chriſti in humana natura, quæ fuit in Bethleem. Per hoc autem quod ſequitur: Et egreſſus eius ab initio, a diebus æternitatis, oſtenditur eius natiuitas in diuina natura, qua ſemper naſcitur & natus eſt. Patet ergo, quòd Meſſias in lege & prophetis promiſſus, eſt Deus ab æterno, & homo ex tempore. Et ſupra probatum eſt, quòd Ieſus Nazarenus eſt Meſſias verus, ex quibus concluditur, ꝙ eſt latria adorandus. Et hoc fuit prædictum Pſal. xliiij. qui ad literam intelligitur de rege Meſſia ſecundum antiquos doctores Hebræorum. Vnde ſuper illud quod ibidem dicitur: Specioſus forma præ filijs hominum, tranſlatio Chaldaica ſic habet: Pulchritudo tua rex Meſsia maior quam filiorum hominum. Et de iſto rege ſubditur: Audi filia & vide &c. ſequitur, Et concupiſcet rex decorem tuum, quoniam ipſe eſt dominus Deus tuus, & adorabunt eum. *Ad particulam tertiam eiꝰ. 2.* Quod autem arguitur vltra de adoratione euchariſtiæ, ꝙ ibi ſit idololatria: Dicendum, ꝙ non eſt uerum. Non enim adoratur panis, quia non eſt ibi, ſed eius ſubſtantia conuerſa eſt in ſubſtantiam corporis Chriſti uirtute diuina ad prolationem uerborum conſecrationis, quę ſunt ipſius Chriſti ueri Dei effectiue ſeu principaliter, ipſius autem ſacerdotis prolatiue ſeu miniſterialiter. Verbum autē diuinum tantæ virtutis eſt, quòd per ipſum factum eſt cælum & terra de nihilo, ut patet Gen. 1. & Pſal. cxlviij Dixit & facta ſunt. & multo fortius poteſt conuertere vnā ſubſtantiam in aliam. Patet etiam per exemplum Exod. iiij. a. vbi dicitur quòd diuina virtute virga Moyſi conuerſa eſt in ſerpentem. Et Exod. vij. c. aquæ Aegypti uerſæ fuerunt in ſanguinem. Quod autem poſsit conuertere vnam ſubſtantiam in aliam manentibus accidentibus, probatur, quia non attingit ſubſtantiam mediantibus accidentibus, ſicut facit agens naturale, ſed etiam attingit immediate. & ideo poteſt illam ſubſtantiam in aliam conuertere manentibus accidentibus eadem virtute. Ad hoc autem habetur aliquo modo exemplum Gen. xix. f. vbi dicitur, quòd vxor Loth reſpiciens retro, uerſa fuit in ſtatuam ſalis. Per hoc enim quòd dicitur: Statua, uidetur quòd remanſerit figura, ſubſtantia corporis in ſal conuerſa. Sic igitur diuina virtute conuertitur ſubſtantia panis

B in corpus Chriſti accidentibus panis remanentibus. Anima enim Chriſti realiter coniuncta eſt ſuo corpori, & ſimiliter deitas in perſona filij, & ſic ſub ſpeciebus panis eſt corpus Chriſti, ex vi conſecrationis ſeu tranſubſtantiationis, anima autē eius & diuinitas, ex concomitantia reali & inſeparabili, & per conſequens ibi eſt totus Chriſtus uerus homo, & uerus Deus & latria adorandus. & ſic nō eſt ibi idololatria. Non enim adorantur ſpecies panis viſibiles tanquam Deus, ſed ipſe Chriſtus inuiſibiliter exiſtens ſub iſtis ſpeciebus. Similiter habetur quodammodo Exo. iij. a. vbi dicitur quòd dominus apparuit Moyſi in flamma ignis de medio rubi: Et non eſt dubium, quin Moyſes adoraret eum, quando dominus dixit ſibi: Solue calciamenta de pedibus tuis, &c. Nec adorauit illum ignem ſeu flammam tamquam Deum, ſciebat enim Moyſes hoc impoſsibile eſſe: ſed adorauit Deum inuiſibilem ſub ſimilitudine viſibili apparentem. Et idem dicendum eſt de apparitionibus diuinis ſanctis patribus factis. iij. Reg. xix. c. apparuit Eliæ ſub ſibilo auræ tenuis. *Ad particulam quartā argu. 2.* Quod autem arguitur vltra: quod Chriſtiani comedunt corpus Chriſti, quod eſt horribile: Dicendum quòd uerum eſſet ſi acciperetur in propria ſpecie, ſed ipſum accipere ſub ſpeciebus panis non eſt horribile, ſed magis ſuaue & venerabile. Nō enim ipſe Chriſtus vel eius corpus in iſta comeſtione frangitur uel atteritur dentibus vel laceratur, ſicut imaginantur Iudæi, ſed ſolæ ſpecies panis franguntur vel atteruntur, quibus conſumptis, deſinit ibi eſſe corpus Chriſti, ſed remanet huius ſacramenti effectus, qui eſt animæ refectio per augmentum gratię. *De accommodatiſſimis prophetis ſuper euchariſtiæ ſacramento. Ioan. 6.* Et ſic patet, quòd comeſtio iſta ſuauis eſt & veneranda. Et propter hoc dicit Saluator Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi: ſi quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Hoc etiam fuit prædictum Pſ. lxxj. qui ſecundum antiquos doctores Hebræorum exponitur de Chriſto. In principio enim huius pſalmi cum dicitur: Deus iudicium tuum regi da: Gloſſa Hebraica: Iſte eſt rex Meſsias de quo dicitur *Iſaiæ. 11.* Egredietur uirga de radice Ieſſe, &c. Et in proceſſu huius pſalmi dicitur de Chriſto: Erit firmamentum in terra in ſummis montiū. ubi litera Hebraica habet: Erit placentia tritici in terra in capite montium. Et tranſlatio Hieronymi iuxta Hebraicum: Erit memorabile nomen triticum in terra in capite montium. Et tranſlatio Chaldaica habet: Erit oblatio frumenti in terra. Ex iſtis tribus videtur, quòd litera noſtra fuerit corrupta per ſcriptores ponentes firmamentum pro frumentum ex ſimilitudine dictionum. Patet igitur ex dictis, quod de rege Meſſia prædictum fuerit in hoc pſalmo, quòd futurum erat frumentum in terra in ſummis montium, vel oblatio frumenti in terra in capite montium. quod impletum eſt in ſacramento euchariſtiæ, in quo Chriſtus ſub ſpeciebus panis tritici continetur, & ſuper capita ſacerdotum

C eleuatur, vt a populo adoretur, qui ſacerdotes propter altitudinē ſtatus montes nominantur. *Ioan. 12.* Propter quod Saluator grano frumēti ſe comparat dicens: Niſi granum frumenti cadens in terrā mortuū fuerit, &c. De bonitate autem cibi euchariſtiæ dicit Rabbi Moyſes Hadareſſen: exponens ſuper Gen. illud Oſee. xi. b. Et inclinaui ad eum vt veſceretur, vbi Hebraica litera talis eſt. Et inclinabo ad eum eſcam, quam exponens iſte doctor loquens in perſona Dei, ſicut Oſee propheta dicit in fide: Inclinabo ad eum id eſt ad populum Iſrael eſcam bonam & ſuauem, cui non eſt alia ſimilis. De qua dr̄ Pſal. lxxi. c. Erit † placenta frumenti in terra &c. *† frumentū* Patet igitur ex prædictis, ꝙ adorare euchariſtiam non eſt deriſibile, ſed ſanctum & venerabile. Nec eam ſumere horribile, ſed deuotum & delectabile bene diſpoſitis ad hanc eſcam. Propter quod Apoſtolus dicit. *1. Cor. 11. f* Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat &c. Et hoc fuit figuratum in manna populo Iſrael data, de qua dicitur: *Exo. 16. Sap. 16. c* Panem paratum de cælo præſtitiſti eis ſine labore, omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauitatem. Igitur ex dictis patet primum ſupra poſitum, ſcilicet ꝙ obiectiones Iudæi ſumptæ de genealogia Chriſti, non ualent. *Reſponſio ſecunda ad primum obiectum Thamar.* Conſequenter procedendum eſt ad ſecundum, oſtendendo ꝙ in ſuo proceſſu accipit falſum. Et primo quantum ad hoc: quòd dicit quatuor mulieres in genealogia Chriſti nominatas fuiſſe viles, idololatras, & reprobatas. Non tamen intendo eas excuſare totaliter a peccato, ſed a tanto. Prima fuit Thamar. Circa cuius excuſationem aliqualem, conſiderandum, ꝙ ipſi Abrahæ facta fuit expreſſa promiſſio de Chriſto, *Gen. 12. d* In ſemine tuo benedicentur omnes gentes terræ Et quod iſtud ſemen deſcenderet per Iſaac, Iſmaele quantum ad hoc reprobato, dicente ſibi domino: In Iſaac vocabitur tibi ſemen. Item quòd ab Iſaac deſcenderet Chriſtus per Iacob, Eſau quantum ad hoc reprobato, patet dicente ſibi domino, Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. *Malac. 1. a* Tota vero generatio Iacob fuit electa, propter quod duodecim eius filii dicuntur patriarchæ populi. veruntamen de Iuda deſcenſurus erat Chriſtus ſecundum carnem: propter quod mulieres deſiderabant habere prolem de Iuda & filiis eius, quia neſciebatur quomodo de illa tribu deſcenderet Chriſtus, quouſq; determinatum fuit negocium ad progeniem Dauid per promiſſionem ſibi de Chriſto factam. Iſta uero Thamar fuit vxor primogeniti Iudæ, & etiam ſecundi filii: & ambo mortui ſunt ſine prole. Et ideo dixit ſibi Iudas: Eſto vidua in domo patris tui, donec creſcat Sela filius meus: & cum adultus fuiſſet, non dedit eum ipſi Thamar, timens ne moreretur ſicut duo præcedentes.

D Videns igitur Thamar, ꝙ iniuriabatur ſibi, ex deſiderio prolis habendæ de Iuda vel eius filio, ratione prædicta, ſimulans ſe meretricem, concepit de Iuda Phares & Zaram. Et ſic ex deſiderio boni mota fuit ad illicitum perpetrandum. Sicut obſtetrices Aegyptiorum ex pietate ad filios Hebræorum motæ fuerunt ad dicendum mendacium Pharaoni. *Exo. 1. d* Et Iudith ſimiliter ex deſiderio liberandi populum Iſrael, mota fuit ad ornandum ſe curioſe, vt ſic concupiſcentiam carnalem Holofernis erga ſe excitaret: *Iudith. 10 a.* quod eſt ſimpliciter malum. Et in iſtis vel conſimilibus dicta, vel facta mala excuſantur a tanto nō a toto. *Raab Ioſue* Quod autem dicit ꝙ Raab fuit meretrix publica & vilis perſona, falſum eſt. Nam vbi dicitur de ipſa. Ingreſſi ſunt domum mulieris meretricis nomine Raab, Hebræi dicunt: Ingreſſi ſunt domum mulieris hoſpitatricis &c. Propter quod exploratores Hebræorum illuc declinauerunt de nocte ad manendum. Non enim eſt aliquo modo veriſimile, ꝙ Salomon princeps tribus Iudæ accepiſſet eam in vxorem, ſi fuiſſet tam vilis perſona, ſicut plenius dixi Ioſue. ij. Quod autem arguit ipſam fuiſſe idololatram, eo ꝙ erat Gentilis & Chananęa, non eſt efficax argumentum, quia multi Gentiles fuerunt vnius veri Dei cultores, ſicut patet de Iob & amicis ſuis. Et dato ꝙ coluerit idola in iuuentute ſua: ſicut fuerat edocta a parentibus ſuis: ac per hoc in parte excuſanda: tamen in fide vnius veri Dei ſaluauit exploratores Hebręorum, vt patet ibidem, & per Apoſtolum ad Heb. xi. f. & cum tota cognatione ſua fuit ad Iudaiſmum conuerſa. *Ruth* Quod autē de Ruth Moabitide dicit eam fuiſſe idololatram, poteſt ad hoc dici, quod dictum eſt de Raab. Quod autem poſtea coluerit vnum verum Deū patet Ruth. 1. c. vbi dicit Noemi: Deus tuus Deus meus &c. *Berſabee* Quod autem vltimo dicit de Berſabee, ꝙ fuerit adultera: Dicendum quòd ex ſcriptura non habetur expreſſe, quòd hoc commiſerit voluntarie, ſed magis per potentiam regis violentata, vt dictum eſt ſupra. Et dato quòd in adulterium conſenſiſſet, tamen Iudæi non poſſunt dicere, quin poſtea deuota fuerit & honeſta. Nam Pro. xxxi. a. ſuper illud, Quid dilecte mi? quid dilecte vteri mei? &c. dicunt doctores Hebræi, quòd ad literam hæc ſunt uerba Bethſabeę Matris Salomonis ipſum arguentis, eo quòd prima nocte quādo iacuit cum filia Pharaonis, ita carnaliter & inſolēter ſe habuit cum ea: quòd in mane tantum dormiuit, quòd tranſibat hora offerendi iuge ſacrificium matutinum, & claues templi erant ſub ceruicali Salomonis. Et ideo mater eius intrauit cubiculum eius, & excitauit eum dicens: Quid dilecte mi, quid dilecte vteri mei, quid dilecte votorum meorum? quaſi dicat: Conſidera quid feciſti: Sperabam, quòd tu zelares pro cultu diuino, & bene regeres regnum tuum, & iam defeciſti. Et conſequenter monuit eum de



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E carnalitate vitanda, & de iuſticia conſeruanda dicens: Noli mulieribus &c. ſicut plenius dixi exponendo paſſum iſtum Prouerb. xxxj. Nec obſtat, quod ille, cui dirigitur iſtud verbũ Lamuel vocatur. Nam Salomon hoc nomine vocatus fuit, eo quod Nathan propheta *2. Reg. 12. f* vocauit eum amabilem domino. Lamuel autem in Hebræo ſignificat, cum quo Deus in Latino. Eſt autem Deus cum eo quem diligit. Patet igitur ex dictis, quod Iudæus in arguendo accipit falſum, reprobãdo quatuor mulieres prædictas vltra debitum. Item in hoc quod dicit: Nulla ſanctarum mulierum ponitur in genealogia Ieſu Nazareni. Nam in eius fine dicitur: *Iacob autem genuit Ioſeph uirum Mariæ, de qua natus eſt Ieſus, qui uocatur Chriſtus.* Ipſam autẽ eſſe ſanctiſſimam ſcriptura noui Teſtamenti, & doctorum catholicorum manifeſte proclamat. Sed quoniam hoc eſt ſatis notũ, ideo dimitto: & ſanctitatem eius per ſcripturas Iudæorum & Saracenorum declarare propono. *Sanctitas beatiſſimæ virginis Mariæ comprobatur* Circa primum dicitur Iſa. vij. c. Ecce virgo concipiet & pariet filium & vocabitur nomen eius Emanuel: quod interpretatur, nobiſcum Deus, quæ autoritas ad literam intelligitur de Chriſto & eius matre, ſicut declaraui ſuper Iſa. diffuſe. Et hoc oſtendit hoc nomen Emanuel, quod proprie competit ſoli Chriſto, in quo & nullo alio natura humana & diuina iunctæ ſunt in uno ſuppoſito, qui eſt Deus & homo. Cum ergo ſupra declaratum ſit, quòd Ieſus Nazarenus ſit verus Chriſtus, ſequitur quod eius mater Maria concepit eum & peperit virgo, & per conſequẽs ſanctiſſima. Nec Iudæi poſſunt autoritatem prædictam negare quia non ſolum accipitur de tranſlatione Hieronymi, ſed etiam de trãſlatione ſeptuaginta interpretum qui fuerunt Iudæi, & in lege & *Antiq. iud. li. 12. c. 2.* prophetis periciſſimi, ſecundum quòd dicit Ioſephus. Item idem oſtenditur per illud quod habetur Iſa. ix. Paruulus natus eſt nobis & filius datus eſt nobis &c. quod ſecundum Hebræos & Latinos intelligitur ad literam de Chriſto. Et ſubditur ibidem: Multiplicabitur eius imperiũ, pro quo in Hebręo dicitur, lemarbe hamiſra, quod ſonat in Latino, ad multiplicandum principatum ſiue imperium. *De litera mem clauſa contra naturam in medio dictionis.* Circa quod ſciendum, quòd in Hebræo mem litera duplicatur, vt patet per Hieronymum in Prologo Galeato & vna vocatur mem aperta & iſta ponitur in principio dictionis & in medio, & non in fine. Alia dicitur mem clauſa, & ſcribitur in fine dictionis, non autem in principio, nec in medio. In hoc autem loco contra ſuam naturam mem clauſa ponitur in medio dictionis, cum dicitur lemarbe, eſt enim prima litera huius ſyllabæ mar. Et per hoc Propheta inſinuare voluit ſtudioſis, quod puer de quo loquebatur, naſciturus erat de matre clauſa virginitate. Sicut enim figuræ gram-

F maticales aliquid ſignificãt intelligentibus, ita modus ſcribendi inſolitus prophetarum, ponitur ad ſignificandum aliquid intelligentibus, quod eſt vulgaribus & ſimplicibus occultandum. Vnde libro qui dicitur Sabath, apud Hebræos autentico dicitur: Mem clauſa verbum clauſum ſignificat. Idem autem perſuadetur per il- *Cap. 11. a* lud, quod habetur Iſa. Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcẽdet. Hæc autoritas ad literam intelligitur de Chriſto, vt ſupra oſtenſum eſt, qui per florem intelligitur, quia ſicut ſine arboris corruptione flos ab ea egreditur, ita Chriſtus naſciturus erat de matre abſque virginitatis corruptione. Idem etiam per- *Cap. 66. c* ſuadetur per hoc quod dicitur Iſa. Antequam parturiret, peperit &c. Parturire eſt dolorem partus ſentire, non autem dicitur de aliqua muliere, quòd ipſa peperit abſque dolore partus, excepta domina Ieſu Chriſti matre. *Cap. 31. d* Item Ierem. dicitur: Nouum faciet dominus ſuper terram, mulier circundabit virum. Per hoc quod dicit Propheta, nouum faciet dominus, manifeſte oſtendit inſolitam rem futuram a domino, & alias inauditam Et hoc fuit quando uirgo beata diuinitus concepit Ieſum, virum ſcientijs & virtutibus ab hora ſuæ conceptionis perfectum, & ſic eum ſuo circundedit *Cap. 44. a* vtero virginali. Item hoc fuit ſignificatum Ezechielis. Et dixit dominus ad me: porta hæc clauſa erit, & non aperietur, & vir non tranſibit per eam: quoniam dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam, eritque clauſa, & hic eſt finis verſus in Hebræo. Per hanc portam intelligitur virgo Maria, per quam Dei filius venit ad nos & exiuit Deus & homo, clauſura virginitatis integra permanente. *Cap. ult. a* Item Rabbi Barachias exponens illud Thren. Pupilli facti ſumus abſque patre, dicit, quòd Deus ſanctus & benedictus ait Iſraeli. Vos dixiſtis coram me. Pupilli facti ſumus abſque patre: redemptor, quem ego ſuſcitabo ex vobis ſine patre erit ſcilicet in terris, ſicut eſt ſine matre in cœlis. Et ſic ſecundum eum apparet virginitas Mariæ matris. Item dominus Bonauentura quondam ordinis *Sup. 2. ſent. d. 3.* fratrum minorum, epiſcopus Albanenſis, loquens de ſanctificatione Mariæ, dicit: Iudæi quidam aſſerunt de ea, quòd quamuis eſſet pulcherrima, a nullo tamen homine fuit vnquam concupita. Vnde autem acceperit hoc dictum Iudæorum, neſcio, ſed non eſt veriſimile quòd talis ac tantus doctor poſuerit illud in ſcriptis ſuis, niſi habuerit ab aliquo loco autentico. Ratio autem quare non fuit ab hominibus concupita, poteſt aſſignari, quia diſpoſitio mentis magis relucet in facie quam in alijs partibus. Propter quod ex plenitudine gratiæ exiſtentis in eius mente, fiebat quædam refulgentia in ipſius facie, quę in hominibus ipſam intuentibus, concupiſcentiam non excitabat, ſed magis eam reprimebat. Et hoc modo de amabilitate ſancti Sebaſtiani dicitur: Neceſſe erat, vt quem Deus tanta perfuderat gratia, ab omnibus amaretur. Conſequenter declaratur ſanctitas virginis Mariæ per ſcripturas Sarracenorum. G *Sarracenorum teſtimonia de ſanctitate Mariæ.* Dicitur enim in Alchorano Mahumeti. Dixerunt angeli: O Maria, Deus vtique elegit te, & purificauit te, elegit te clarã ſuper mulieres ſeculorum. Item ibidem dixerunt angeli: O Maria, Deus annunciat tibi verbum ex ipſo, nomen eius Ieſus filius Mariæ, & eis honorabilis in hoc ſeculo & in futuro. Item ibidem dixit ipſa: Deus meus quomodo erit filius mihi, & non tetigit me homo? Dixit: Sicut Deus creat quod vult, cum decreuerit vtiq; aliquid dicit: eſto, & erit. Et in libro Albokan qui eſt autenticus apud eos. Dixit Emboria quòd audiuit nuncium Dei dicentem: Nullus de filijs Adam naſcitur, quem non tangat Sathan: & ideo plorat vociferans ex eius tactu, præter Mariam & filium eius, per nuncium Dei autem intelligit Mahumetum. Item dicit Ebumiſſam prophetam id eſt Mahumetum dixiſſe: Multi perfecti fuerunt ex hominibus, nulla autem ex mulieribus vnquam fuit perfecta, niſi Maria mater Ieſu. Has autem ſcripturas Sarracenorum indu- *1. Tim. 3. b* xi, quia ſecundum Apoſtolum, oportet ſanctos teſtimonia habere ab his qui foris ſunt: Patet igitur ſecundum, quod ſcilicet Iudæus arguendo accipit falſum. *Reſponſio tertia ad argumentum ſecundum* Nunc reſtat oſtendere tertium, quare quatuor mulieres ſupradictæ ſcilicet Thamar, Raab, Ruth & Bethſabee nominantur in genealogia Saluatoris, & non aliæ, vt Sara, Rebecca, & ſic de pluribus alijs, quæ commendantur in ſacra ſcriptura: quia hoc videtur quærere argumentum. Ad quod reſpõ- *Cap. 1. in 9.* det Hieronymus ſuper Matthæum dicens: Notandum in genealogia Saluatoris nullam ſanctarum aſſumi mulierum, ſed eas tantũ quas ſcriptura reprehendit, vt qui propter peccatores venerat, de peccatricibus naſcens, omnium peccata deleret. Sed hæc reſponſio non videtur bona. Primo quia in genealogia Saluatoris ponitur Maria ſanctarum ſanctiſſima. Secundo quia ex eadem ratione ibidem arguit ad oppoſitum: ſcilicet quod propter peccatum Athaliæ filiæ Iezabelis quæ erat idololatra, & ad idololatriam traxit Ioram maritum ſuum, & filius amborum Ochozias, & nepos Ioas, pronepos Amaſias tolluntur de genealogia Saluatoris. Et ideo aliter eſt reſpondendum, ſcilicet quòd prædictæ quatuor mulieres nominantur in genealogia Saluatoris, ad excludendum falſam opinionem, quæ poſſet oriri. Cum enim dicitur in genealogia: *Abraham genuit Iſaac*, intelligitur de Sara vxore eius principali & prima. Eodem modo cum dicitur: *Iſaac genuit Iacob*, intelligitur de Rebecca, & ſic de alijs. Si igitur ſic abſolute diceretur: *Iudas autem genuit Phares & Zaram*, poſſet opinari aliquis quòd eſſet de vxore ſua vera quod eſt falſum: quia Iudas non cognouit Thamar affectu maritali Propter quod ad excludendum falſam opinionem, H Euãgeliſta nomen Thamar expreſſit. Similiter ſi diceretur: *Salmon autem genuit Booz*: præciſe crederetur quòd eſſet de ſua prima vxore Iudæa natione, quod non erat uerum, & ideo nomen Raab ibi eſt expreſſum. Et idem dicendum de alijs duabus. Ruth enim nõ fuit prima vxor ipſius Booz, nec Bethſabee ipſius Dauid, ſed fuerunt eis ex accidenti coniunctæ. Ruth vt ſuſcitaret ſemen defuncti, & Bethſabee ne moreretur propter crimen adulterij.

*Obiectio ſecunda Iudæi contra baptiſmum* SEcundo accipit Iudæus illud quod habetur Matthæi. iij. d. *Tunc uenit Ieſus a Galilæa in Iordanem ad Iohannem, ut baptizaretur ab eo.* Sequitur: *Baptizatus autem confeſtim aſcendit de aqua, & ecce aperti ſunt ei cœli & vidit ſpiritum Dei ſicut columbam uenientem & deſcendentem ſuper ſe.* Ex his ſic arguit: Chriſtiani dicunt, quòd baptiſmus eſt ablutio peccatorum: cum igitur Ieſus Nazarenus fuerit baptizatus, habuit peccata abluenda, quod ipſi negant: aut ille baptiſmus fuit fruſtra, quod eſt inconueniens apud eos. Et quia dicunt hunc baptiſmum fuiſſe a Deo, Deus autem nihil facit fruſtra. Item per hoc quod dicit: *Vidit ſpiritum Dei venientem ſuper ſe*: Nullus autem uenit vbi prius erat, ſed vbi non erat, ergo ſpiritusſanctus in Ieſu Nazareno ante baptiſmum non fuit, & tamen tunc erat incipiens tri- *Secunda* ceſimum annum. Item poſt genealogiam Chriſti Euangeliſta ſic dicit: *Cum eſſet deſponſata Maria mater eius Ioſeph antequam conuenirent, inuenta eſt in utero habens de ſpiritusſancto.* Ex quo ſequitur ſecundum eius dictum, quòd Ieſus Nazarenus a principio ſuæ creationis habuit ſpiritumſanctum, & ſic in dictis ſuis implicatur cõtradictio, ſcilicet quòd Ieſus Nazarenus ante baptiſmum habuit ſpiritumſanctum, & quòd non habuit. *Reſpõſio ad primam Mat. 3.* Reſponſio: Ad primum dicendum, quod ipſius Chriſti baptiſmus eſt ablutio peccaorum, non autem baptiſmus Iohannis, ſicut ipſe dixit. Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam, qui autem poſt me venturus eſt, fortior me eſt, cuius non ſum dignus portare calciamenta: Ipſe uos baptizabit in ſpiritusſancto. Ieſus autem Nazarenus fuit baptizatus baptiſmo Iohannis tantum, qui non erat ablutio peccatorum, & ideo non concludit argumentum, ſcilicet quòd Ieſus habuerit peccatum abluendum. Dato etiam quod fuiſſet baptizatus baptiſmo ſuo, qui eſt ablutio peccatorum: non tamen ſequitur quod habuerit peccatum abluendum: quia ſanctificati in vtero baptizãdi ſunt Chriſti baptiſmo, & tamen non habẽt peccatum abluendum. Ieſus autem ab inſtanti ſuæ conceptionis non ſolum fuit ſanctificatus, ſed etiam ſanctusſanctorum. Quod autem arguitur vltra: Ego Ieſus Nazarenus fuit baptizatus fruſtra. Dicendum quod nõ ſequitur, quia per hoc approbauit baptiſmum & prædicationem Ioannis,

A Iohannis, & per tactum ſuæ ſanctiſſimæ carnis dedit vim regeneratiuam ipſis aquis. Nec ſimiliter ſanctificati in utero fruſtra baptizantur, quia per hoc regenerantur in Chriſto, & membra eius efficiuntur. Scripturas autem noui Teſtamenti & catholicorum doctorum loquentes de baptiſmo & eius effectu, dimitto, tum quia ſunt notæ, tum quia a Iudæis non recipiuntur: & aliquas accipio de veteri Teſtamento, & de dictis doctorum Hebraicorum. Vnde ſuper illud Ecc. Quid eſt quod fuit? illud quod futurum eſt. Rab- *Cap. 44. a* bi Barachias dicit: Sicut fuit redẽptor primus, ſic erit & vltimus. Redemptor primus ſcilicet Moyſes fecit aſcendere puteum, ſicut *Num. 2. d* dicitur, Nu. Sic redemptor vltimus qui eſt rex Meſsias aſcendere *Ioel. 11. f* faciet aquas, ſicut dicitur Iohelis. Et fons de domo domini egredietur & irrigabit torrentem ſpinarum. Hæc ſunt uerba doctoris. Per torrentem ſpinarum intelligitur multitudo peccantium, ſiue peccatorum. Aliqui Hebræi dicunt quod iſta eſt litera: Et irrigabit planiciem Cethim. Eſt autem Cethim regio Græciæ, de qua Alexander magnus exiuit ad pugnandum contra reges Perſarum & Medorum, vt habetur j. Machabæ. j. a. Et ſecundum hoc iſta prophetia fuit impleta, quando apoſtoli prædicauerunt Græcis, & eos baptizauerunt. *Cap. 1. b* Item Iſa. Noli timere ſerue meus Iacob & rectiſsime quem elegi. Effundam enim aquam ſuper ſitientem, & fluenta ſuper aridam. Effundam ſpiritum meum ſuper ſemen tuum, & benedictionem meam ſuper ſtirpem tuam, & germinabit inter herbas ſicut ſalices iuxta præterfluentes aquas. Iſte dicet, domini ego ſum. & ille uocabit in nomine Iacob. & hic ſcribet manu ſua domino, & in nomine Dei Iſrael aſsimilabitur. Per hoc enim quod dicitur: Effundam enim aquam ſuper ſitientem, intelligitur baptizatio Iudæorum fidem Chriſti deuote ſuſcipientium. Et per hoc quod ſubditur. Et fluenta ſuper aridam, intelligitur baptizatio Gẽtilium. Nam Gentilitas non fuerat irrigata doctrina legis & prophetarum. Et quod iſte ſit intellectus, habetur per gloſſam Ra. Sa. ſuper illud quod ſcribitur: Et germinabunt inter herbas &c. i. in medio Eſau. Per Eſau uero ipſe & alij doctores Hebræi intelligunt Romanum imperium, quod ſuſcepit fidem Chriſti & baptiſmum vt patet. Sequitur: Iſte dicet, domini ego ſum. Gloſſa: Iſti erunt iuſti perfecti, quod de apoſtolis poteſt iuſte intelligi. Et iſte uocabit in nomine Iacob. Gloſſa: Iſti ſunt paruuli filij impiorum, quod conuenienter intelligitur de filijs Iudæorum per apoſtolos conuerſis ad Chriſtum, patribus eorum in infidelitate remanentibus. Hic ſcribet manu ſua domino. Gloſſa: Hi ſunt viri pœnitẽtiæ, per quos

B conueniẽter intelliguntur Chriſtiani religioſi. Et in nomine Iſrael aſsimilabitur. Gloſſa: Iſti ſunt conuerſi de Gentibus. Illis enim ap- *Cap. 2. d* plicatur nomen Iſrael, ſecundum quod dicit Apoſtolus: Non qui in manifeſto Iudæus &c. Patet igitur ex dictis, quòd gloſſa. Ra. Sa. conueniẽter aptatur ad propoſitum noſtrum, quãuis hoc nõ intenderit. Deus enim aliquando mouet linguam hominis mali ad annunciandum aliquam veritatem præter eius intentionem: Sicut *Cap. ult. d* Caiphas dixit de Chriſto: Expedit vobis ut vnus moriatur homo pro populo. Intendebat enim ſolum alios inducere ad Chriſtum occidendum: ſed quod uerbum ſuum ſignificauit mortem Chriſti proficuam ad ſpiritualem ſalutem populi, hoc fuit præter eius intentionem. Propter quod Euangeliſta ſubdidit: Hoc autem dixit non a ſemetipſo, ſed ſupple, a Deo ſic eius linguam mouente. *Num. 22.* Simile autem habetur de aſina Balaam, quæ protulit verba rationabilia, vt patet ibidem, Deo mouente linguam eius per ſe uel per angelum, illa tamen non intellexit verba quæ protulit, cum non haberet rationem nec intellectum. *Cap. 49. b* Item ſuper illud Gen. Ligans ad vineam pullum ſuum, & ad uitem, o fili mi, aſinam ſuam: dicit gloſſa: Hic eſt de quo ſcriptum eſt Zac. ix. c. Sedens ſuper aſinam. Sequitur in gloſſa: Et quomodo erit agens? ſicut dictum eſt Ezech. xxxvj. e. Et effundam ſuper uos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis ueſtris. Autoritas autem Zachariæ hic inducta ſecundum doctores Hebræos, intelligitur ad literam de Meſſia, ſicut oſtenſum eſt ſupra. Et per gloſſam Hebraicam hic inductam habetur, quòd ſit mundaturus populum ſuum per effuſionem aquæ mũdæ, quæ proprie dicitur baptiſmus Chriſti. *Cap. 13. a* Item de baptiſmo & eius effectu dicitur Zach. In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Ieruſalem in ablutionem peccatorum & menſtruatæ. Per hoc quod dicit: Erit de futuro, patet quòd non poteſt intelligi de aliqua ablutione ueteris legis: Nam omnes illæ erant ſtatutæ longe ante tempus Zachariæ. Quod autem intelligatur de baptiſmo Chriſti, patet per illud quod ſubditur: Et erit die illa dicit dominus exercituum, diſperdam nomina idolorum de terra. Quod impletum fuit tempore Chriſti & diſcipulorum eius, per quorum prædicationem idololatria ceſſauit per totum mundum, exceptis quibuſdam barbaris in aquilonari parte habitantibus. Sed quoniam hoc modicum & reſpectiue, ideo quaſi pro nihilo reputatur ſecundum communem modum loquendi, & etiam ſecundum doctrinam Phi. *Phiſ. Cap. 30. b* Nec obſtat quod dicit: Domui Dauid & habitantibus Ieruſalem. quia Iere. Chriſtus nominatur nomine Dauid, vbi dicitur: Seruient domino Deo ſuo & Dauid regi ſuo. Non enim poteſt intelligi de perſona Dauid qui mortuus erat per quadringentos annos ante, vel circiter. Et quòd intelligatur de Chriſto, patet per tranſlationẽ Chaldaicam quæ ſic habet: Et colent coram domino Deo ſuo, & obe-

C dient Meſſiæ filio Dauid. Et ſic per domum Dauid intelligitur hic familia Chriſti: & eadem ratione per Ieruſalem militans eccleſia. Dicitur autem baptiſmus fons patens, quia nulli petenti debite denegatur. Et in ablutionem peccatorum & menſtruatę, propter peccatũ actuale & originale, quod contrahitur in vtero matris. *Ad ſecũdã.* Quod autem poſtea ſubditur arguendo: Vidit ſpiritumſanctum deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ſe, ergo ante non habuit ſpiritumſanctum: Non ualet, quia dicitur de Eliſæo: Cumq; *4. Reg. 3. c* caneret pſaltes facta eſt ſuper eum manus domini: quod intelligitur de ſpiritu prophetandi, & tamen de eo dicitur ante. Requieuit *Cap. 2* ſpiritus Eliæ ſuper Eliſæum. Et quod ſubditur arguendo: Nullus venit ubi prius erat. Dicẽdum quòd verum eſt, eo modo, quo prius erat ibi, ſed alio modo poteſt uenire. Sicut dicitur Gen. xxiij. ubi dicitur: Dixit dominus ad Abraham: Clamor Sodomorum & Gomorræorum multiplicatus eſt. Sequitur: Deſcendam & uidebo vtrum clamorem qui ad me venit, opere compleuerint &c. Non eſt per hoc intelligendum, quòd ante non eſſet in Sodoma & Gomorra, nec uideret eorum facta, cum de neceſſitate ſit ubique pręſens, ſicut dicitur Ieremiæ. Cęlum & terram ego impleo, dicit do- *23. e* minus: & omnia de neceſſitate viderit ab æterno. Dr̃ ergo deſcendiſſe & uidiſſe, propter nouum effectum quem fecit ibi, ſcilicet ſubuerſionem Sodomæ & Gomorræ. Erat ibi igitur ante ſicut conſeruans in eſſe, ſed deſcendit ibi ſicut puniens. Et ſimiliter dicitur tunc vidiſſe, quia ſecundum modum loquendi ſcripturæ & etiam hominum, Deus dicitur non videre peccata hominum, quando diſſimulat ea punire. Nec per hoc importatur aliqua mutatio in Deo, ſed in creatura. Sic ſuo modo dicẽdum in propoſito, ſpiritusſanctus fuit in Ieſu Nazareno ab inſtanti ſuæ cõceptionis per ple- *Cap. 1. b* nitudinem gratiæ, ſicut dicitur Iohan. Vidimus eum quaſi unigenitum a patre plenum gratiæ & ueritatis. Et hoc prædictum fuit *Cap. 11. a* Iſa Egredietur uirga de radice Ieſſe & flos de radice eius aſcẽdet, & requieſcet ſuper eum ſpiritus domini, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, & replebit eum ſpiritus timoris domini. Dicitur tamen ueniſſe ſuper eum in baptiſmo per alium modum ſcilicet in ſigno viſibili columbæ repreſentantis in Chriſto plenitudinem gratiæ, non tunc acceptæ ſed prius ut dictum eſt. Tamẽ plenitudo gratiæ quæ latens erat in Ieſu Nazareno, fuit tunc manifeſtata Iohanni Baptiſtæ in uiſibili ſigno. ſicut ei dictum erat a domino: Super quem ui- D deris ſpiritum deſcendentem & manẽtem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in ſpiritusſancto. Et per prædicationem Iohannis alijs fuit dictum. ideo ſubditur: Et ego uidi & teſtimonium perhibui, quia hic eſt filius Dei. Illi tamen qui erant cum Iohanne, quando colũba deſcendit ſuper Ieſum, viderunt cum eo, & uocem patris audierunt, quia columba illa non fuit imaginaria, ſed uera & uiſibilis, & vox diuinitus formata ſenſibilis. Fuit autem tunc neceſſaria manifeſtatio plenitudinis gratiæ in Chriſto. Primo ut prophetia Iſaiæ prædicta oſtẽderetur in Ieſu impleta. Secundo quia cito poſt baptiſmum erat prædicaturus legem euangelicam, quæ eſt lex gratiæ, & per conſequens autor eius oſtendi debuit plenus gratiæ. Ideo tunc audita eſt uox patris: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui, tanquam autore euangelij. Quod autem vltimo arguit de contradictione in verbis euangeliſtæ, patet falſum ex prædictis. Nam alio modo uenit ſpiritusſanctus ſuper Ieſum in baptiſmo, quàm prius erat in ipſo.

*Obiectio prima Iudæi cõtra ieiunium & tentationẽ Chriſti.* TErtio accipit iſte Iudæus quod dicitur Matthæi. iiij. a. *Cum ieiunaſſet quadraginta diebus & quadraginta noctibus, poſtea eſuriit. Et accedens tentator dixit ei: Si filius Dei es, dic ut lapides iſti panes fiant. Qui reſpondẽs dixit ei: Scriptum eſt: Non in ſolo pane uiuit homo, ſed in omni uerbo quod procedit de ore Dei. Tunc aſſumpſit eum diabolus in ſanctam ciuitatem, & ſtatuit eum ſuper pinnaculum templi, & dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorſum &c.* Sequitur: *Ait illi Ieſus rurſum: Scriptum eſt, non tentabis dominum Deum tuum.* Ex his arguit iſte Iudæus ſic: Chriſtiani dicunt Ieſum eſſe Deum: & quæ laus eſt Deo ieiunare? quaſi dicat nulla, quia Deo non competit comedere uel ieiunare. Propter quod hoc uidetur deriſibile, & adhuc magis illud quod ſubditur: *Et poſtea eſuriit.* Et maxime cum Moyſes, qui fuit homo tantum, poſt ieiunium xl. dierum & xl. noctium non eſurijt. Itẽ *Secunda* eius prima rñſio, qua dixit: *Non in ſolo pane uiuit homo, ſed in oĩ uerbo quod procedit de ore Dei.* videtur irrationabilis. Debuiſſet. n. dixiſſe: Sed in omni re, quæ procedit de ore meo, ſi erat Deus, qui poteſt uitam hominis conſeruare de omni re, ſiue ſit lignum, ſiue *Tertia* lapis vel aliud huiuſmodi. Item eius ſecunda reſponſio, qua dixit: *Non tentabis dominum Deum tum.* non uidetur bona. Primo quia in ipſo erat poteſtas faciendi miracula, & ideo ſi miſiſſet ſe deorſum ſine læſione aliqua, non fuiſſet ibi aliqua tentatio diuina. Secundo, quia uiri ſancti leguntur Deum tentaſſe, nec ex hoc reprobantur in ſacra ſcriptura, ſed magis commendantur, ſcilicet Elias *3. Re. 18. d* qui dixit: Deus qui exaudierit per ignem, ipſe ſit Deus. Et Eliſæus *4. Reg. 6. c* dixit ad regem Iſrael de Naaman leproſo: Veniet ad me, & ſciat prophetam eſſe in Iſrael. Similiter Gedeon tentauit Deum quæ- *Iudic. 6. g* rens ſignum in vellere. Vnde dixit: Ne iraſcatur furor tuus contra me, ſi adhuc tentauero, ſignum quærẽs in vellere. Item Deus non inducit



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E inducit homines ad malum, inducit autem ad ſuiipſius tentationem, Malach.iij.c. Inferte omnem decimam in horreum, & ſit cibus in domo mea, & probate me ſuper hoc dicit dominus, ſi non aperuero vobis cataractas cæli & effudero benedictionem meam vſq; ad abundantiam. *Reſpõſio ad primum.* Ex ſupradictis patet ſolutio primi. Dictum eſt enim ſupra, quòd Chriſtus in lege & prophetis promiſſus, futurus erat verus Deus & uerus homo in vna perſona. Declaratum etiam fuit ꝙ Ieſus Nazarenus eſt uerus Chriſtus Iudæis promiſſus, & per conſequens verus Deus & verus homo. Item declaratū fuit, ꝙ per paſſionem ſuam & mortem operaturus erat noſtram ſalutem, propter quod habuit corpus paſſibile & mortale ante reſurrectionem ſuam & hoc modo ieiunauit & eſurijt, afflictiones & tādem mortem ſuſtinuit, & non in deitate ſua, quia hoc eſt impoſſibile, ſed in humanitate pro nobis aſſumpta: & ſic meruit nobis gratiam & gloriam, & ſui corporis glorificationem. Vnde ſuper illud *Cap. 24. g* Gen. Introduxit eam Iſaac &c. dicit Rabbi Moyſes Hadareſſem: Hic eſt rex Meſsias, quem elegit Deus ſanctus & benedictus, vt coleret eum toto corde, daretque cor ſuum ad petendum miſerationes pro Iſrael, & ad ieiunandum & humiliandum ſe pro eis: ſicut *Iſaiæ 53. b* ſcriptum eſt. Ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra, diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & liuore eius ſanati ſumus. Per hanc traditionem dicti Rabbi Mo. patet quòd quinq...geſimum tertium capitulum Iſaię loquitur de Chriſti paſsione pro generis humani ſalute. Quod autem dicit de Moyſe, ꝙ poſt illud ieiunium non eſurijt, falſum eſt, quia poſtea non comediſſet. Nec eſt ſimile de vtroque. Nam Manichæi dicturi erant, quòd Ieſus non habuit carnem humanam ex elementis compoſitam, ſed cæleſtem. Ad quos repellendos, euangelium facit mentionem de eſurie Chriſti. Iudæi vero hoc non erant dicturi de Moyſe, propter quod non opportuit, quòd ſcriptura ſic faceret mē*Ad ſecūdā* tionem de eius eſurie. Quod autem vlterius arguit Iudæus primā reſponſionem Chriſti dicentis: Scriptum eſt: *Non in ſolo pane &c.* Primo percutit ſeipſum arguens dictum Moy. Deu. viij.a. cuius ſe fatetur eſſe diſcipulum. Quod autem arguit vlterius quòd Ieſus debuiſſet dixiſſe, ſed in omni re, quæ procedit de ore meo: non eſt verum, quia Ieſus volebat celare diabolo ſuam deitatem, quam ille quærebat experiri per tentationem. Propter quod non debuit dicere de ore meo, quia loquebatur ſicut hō celans ſuam deitatē. Item quia tentationem dæmonis excludebat per ſcripturam ſacram, ideo debuit eam allegare ſicut iacet in textu, in quo ſcribitur de ore Dei. Et eadem ratione non debuit dicere, in omni re, ſed in oī verbo, quia ſic ſcribitur in textu. Cū hoc etiam poteſt dici, quòd nihil arguit, quia verbum frequenter accipitur in ſacra

F ſcriptura pro re facta. Nam. ij. Reg. j. a. dicitur: Quod eſt verbum quod factum eſt, i. res geſta vel facta: & ſic accipitur hic ut patet li*Ad tertiam* teram intuenti Deu. viij. c. Quod autem arguitur ſecundum reſpōſionem, qua dicitur: *Non tentabis dominum Deum tuum.*: primo percutit ſeipſum arguens dicto Moyſi Deu. vj. c. Quòd aūt vlterius nititur oſtendere tentationem Dei non eſſe peccatum, manifeſte dicit contra dominum arguentem maliciam populi Iſrael. Nu. xiiij. d. Tentauerunt me iam per dec. vices. Item Pſ. xciiij. b. Nolite obdurare corda veſtra, ſicut in exacerbatione ſm̄ diem tentationis in deſerto, vbi tētauerunt me patres veſtri: probauerūt & viderūt opera mea. Propter illud, quod inducit de viris ſanctis Deum tentantibus, vt dicit: ſciendum ꝙ tentare eſt experimētum de aliquo accipere. nullus aūt quærit experiri illud de quo eſt certus, ſed illud de quo eſt dubius. Item experiri poteſt aliquis facto vel verbo. Verbo, qñ quis quærit aliquid a vicino ſuo, vt experiatur ſi iuuaret eum in neceſſitate. Facto, cum facit aliquid, quod non vr̄ ordinabile ad aliquid niſi ad talem experientiam. & talis experientia dr̄ tentatio. Sicut cum aliquis facit currere equum ſine neceſſitate aliqua aut vtilitate, dicitur tentatio equi: quia talis curſus non uidetur ordinabilis niſi ad accipiendum experimentum de velocitate equi. Si aūt faciat eum currere pp neceſſitatem aliquam, vt ad fugiendum hoſtes, vel propter vtilitatem aliquam, vt ad capiendū ceruum, non eſt tentatio equi. Dubitare aūt de his, quę pertinent ad perfectionem diuinā, vt eſt potētia, bonitas & hmõi, ſemper eſt malum: & ideo qui facit vel dicit aliquid ſine neceſſitate vel vtilitate ad experiendā diuinam potentiam vel uoluntatē, tentat Deū & peccat. Propter quod exponens ſe ſine neceſſitate aut vtilitate periculo expectans ſeruari a Deo, tentat Deum, cum ſeruari poſſet alio modo. Tale quid ſuggerebat diabolus Ieſu Nazareno dicens: *Mat. c. 4* Mitte te deorſum. Et licet Ieſus per virtutem diuinam poſſet hoc facere ſine periculo, tñ hoc non fecit, cælare volens diabolo ſuam deitatem, & excludere tentationem dæmonis, per ſacram ſcripturam rñdit bene per illud, quod hominibus prohibetur. Poterat. n. tanquam homo per gradus deſcendere de pinnaculo. Quod igitur arguitur de Elia, non valet: Non. n. petijt ſignum per ignem deſcēdentem ſine vtilitate, ſed ad quod populus Iſrael a cultura Baal ad colendum Deum verum reduceretur, vt patet ibidē. Item hoc fecit de præcepto domini, dicentis ſibi: Vade oſtende te Achab, vt præmittitur ibidem. & tunc reuelatus fuit ſibi modus procedendi contra prophetas Baal, licet hoc non ſit totaliter expreſſum: qa non omnia ſcribuntur. Eodem modo dicendum eſt de Eliſæo. Curauit. enim Naaman ex diuina reuelatione, & ad manifeſtationem virtutis diuinæ: vnde & Naaman relicta idololatria, conuerſus G fuit totaliter ad colendum vnum Deum verum. Vnde dixit. Non *4. Reg. 5. a* faciet ſeruus tuus vltra holocauſtum aut victimam dijs alienis, niſi domino. De Gedeone vero dicunt aliqui doctores noſtri, ꝙ ex debilitate fidei petiit bis ſignum in vellere, propter quod non excuſatur totaliter a peccato, ſicut dicit quædam gloſſa ſuper locum iſtum. Sed hoc non videtur rationabiliter dictum, quia ſcriptura non notat eum culpabilem ex hoc facto, nec fuit punitus a Deo, ſicut Zacharias pater Iohannis baptiſtæ, qui propter dubium petiit ſignum dicens: Vnde hoc ſciam? propter quod factus fuit mutus vſq; ad filij ſui circuncilionem, vt habetur Luc. j. f. De gloſſa vero marginali allegata, parum eſt curandum, ideo ſaluo meliori iudicio, poteſt aliter dici. Vno modo, ꝙ Gedeon fecit hoc ex inſtinctu diuino, & ſic non peccauit. inſtinctus. n. diuinus non impellit hominem ad peccandum. Alio modo dicendum, ꝙ Gedeon non dubitauit de potentia Dei, quin per ipſum poſſet ſaluare populum, nec de verbo domini dicto ſibi: Vade, in hac fortitudine tua liberabis Iſrael, dubitauit quin eſſet verum: ſed ignorauit vtrum hæc promiſſio eſſet abſoluta, quę ſemper impletur: vel conditionalis. ſ. niſi Gedeon & eius ſocij ponerent aliquod impedimentum per aliquod peccatum. Frequenter enim in ſacra ſcriptura intelliguntur promiſſiones diuinæ factæ ſub tali conditione, q̄uis non exprimatur. Iere. xviii. b. Subito loquar de gente & regno, vt ędificem & plantem illud: ſi fecerit malum in oculis meis, vt nō audiat vocem meam, vt pœnitentiam agam ſuper bono, quod locutus ſum vt facerem ei. Timuit igitur Gedeon, ne per fragilitatem ſuam vel ſociorum ſuorum proueniret impedimentum dictæ promiſſionis. Petiit ergo humiliter a Deo doceri per ſignum, ꝙ non proueniret tale impedimentum, vt ſic conſtantius & expeditius iret ad prælium: propter quod petiit duplex ſignum: vnum pro ſe, aliud pro ſocijs ſuis. Ad autoritatem Malachiæ dicendum, ꝙ Iudæi tenebantur ſoluere decimas ex præcepto Dei, ſicut patet ex multis locis ve. Te. & per conſequens hoc erat neceſſe ex parte ſoluentiū, & vtile ex parte recipientium. Erat. n. ad ſuſtentationem miniſtrorum Dei. Ad hoc igitur inducebat dominus populum ſuum per Prophetam. di. Inferte oēm decimam &c. Quod aūt ſubditur: Probate me ſuper hoc &c. ly probate, non tenetur hic cauſaliter ſic intelligendum ꝙ ſoluerent decimas ad ꝓbandum ſeu tentādum, ſi per hoc Deus aperiret eis cataractas cœli: ſed tenetur cōſecutiue, & eſt ſenſus: Si impleueritis præceptum meum de decimis ſicut tenemini, & ego conſequenter multiplicabo bona veſtra, ſicut dicitur Iſaiæ. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. *Cap. 1. a*

QVarto accipit Iudæus illud quod habetur Mattæi. v. f. H *Audiſtis quia dictum eſt antiquis: non periurabis: ego au* *Obiectio Iudæi prima* *tem dico uobis, non iurare omnino &c.* ſequitur: *Sit autem ſermo ueſter eſt eſt, nō non: quod autem abundantius eſt, a malo eſt. Audiſtis quia dictum eſt antiquis: oculum pro oculo, dentem pro dente: ego autem dico uobis, non reſiſtere malo: ſed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam, præbe ei & alteram: & ei, qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium &c.* Et ſequitur: *Audiſtis quia dictum eſt: Diliges proximū tuū, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico uobis, diligite inimicos veſtros, & benefacite his, qui oderunt uos &c.* Ex iſtis arguit primo contra illud, quod dr̄: *Dico uobis non iurare omnino*: quia ſcribitur Deu. Dominum Deum tuum timebis & ei ſoli ſerueis. ipſi ad *Cap. 10. d* hærebis, & in noīe illius iurabis: & ſic patet ꝙ Ieſus deſtruit legē a Deo datam ēt in moralibus, quod negant Chriſtiani. Item contra *Secunda* illud ꝙ ſubditur: *Dico uobis non reſiſtere malo.* deſtruit. n. in hoc legem rectitudinis iuſticiæ & a Deo datam Exo. xxi. Oculū pro oculo &c. Item Chriſtiani non ſeruant legem Ieſu Nazareni. Nam per *Tertia* fraudes & lites vnus rapit bona alterius, & non ſolum hoc eſt verum de ſecularibus, ſed ēt de religioſis pluribus. Item contra illud *Quarta* quod ſubditur: *Dico autem vobis: diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt uos.* Nam Deus inhibuit filijs Iſrael, ne amicitias vel fœdera contraherent cum habitatoribus terræ Chanaam, qui *Deute. 25. b* erant inimici eorum, nec quærerent eis bonum, vt habetur Exo. xxxiiii. b. & ſic Ieſus Nazarenus deſtruit diuinum præceptum. Ad *Reſpōſio ad primam.* primum dicendum, ꝙ negatio ꝑpoſita ſigno vniuerſali facit æquipollere ſuo contradictorio. quia non oīs, & quidam non, æquipollent. & ideo per hoc quod dicitur: non iurare oīno, nō excluditur omne iuramentum: quia quilibet tenetur ſuperiori requirenti veritatem per iuramentum dicere: aliter periret veritas & iuſticia in multis caſibus. Sed excluditur iuramentum illicitū, quod eſt triplex. ſ. falſum, quod caret ueritate, & iuramētū iniquū, quod caret iuſticia, ſicut cum aliqs iurat innocenti nocere. & iuramentum incautum, quod iudicio diſcretionis caret qd ſit qñ quis iurat abſq; neceſſitate aut pia vtilitate. Et propter hoc dr̄ Iere. Iurabis, viuit *Cap. 4. a* dominus in veritate & in iuſticia & in iudicio, ad excludendum tria prædicta iuramēta illicita. Sciendum autem ꝙ ex verbo Deu. *Cap. 10. d* ſupra allegato: In noīe illius. ſ. Dei iurabis: aliqui dixerunt ꝙ iuramentum eſſet frequentandum tanq̄ religionis actus ēt in cōi verbo, vbi non apparet neceſſitas, aut pia vtilitas, de quibus vr̄ fuiſſe Iudæus hic arguens. Sed ꝙ hoc ſit falſum, patet per pręceptum diuinum, Exod. vbi dicitur: Non aſſumes nomen Dei tui in uanum. *Cap. 20. b* Nec

A Nec. n. habebit inſontem dominus eum, qui aſſumpſerit nomen Dei ſui fruſtra, quod facit ille, qui iurat ſine neceſſitate, aut pia vti *Cap. 23. b* litate. Hoc etiam patet per verbum Iere. prællegatum. Item Eccl. dicitur: Vir multum iurans replebitur iniquitate. Nam ex frequētia iurandi, & iuramento incauto labitur in iuramentum falſum & iniquum. Quod aūt ſubditur: *Sit ſermo veſter eſt eſt: non non.* i. ſimpliciter affirmando veritatem & negando falſitatem, intelligendū eſt vbi neceſſitas plus non exigit. Et ꝙ hoc intelligatur de cōi modo loquendi inter homines, patet per hoc quod dr̄, ſermo veſter: quod aūt amplius eſt: a malo eſt. non dicit eſſe malum, ſed a malo. Nam omne iuſm̄ eſt a malo culpę vel pœnę. Iuramentum. n. falſum, iniquum & incautum, eſt a malo culpæ ex parte iurantis. Iuramentum aūt licitum eſt a malo pœnę ex parte requirentis iuramentum. Ex humana namq; fragilitate, quæ pœna quædam eſt inflicta humano generi propter peccatum primorum parentū, procedit, ꝙ homines ſibi mutuo non credunt ſimplici verbo abſq; iu*Ad ſecundum* ramento. Quod autem vltra arguit Ieſum Nazarenum deſtruxiſſe legem iuſticiæ ac rectitudinis, non eſt uerum. Circa qđ ſciendū, ꝙ non reſiſtere malo aliquando bonum eſt & neceſſarium, & ſic cadit ſub præcepto, vt pote qñ ex tali reſiſtentia apparet manifeſte origo magni mali, vt diſſidium ciuitatis, vel regni, vel aliud hmõi. Aliquando vero eſt bonum ſupererogationis, vt quādo malum illatum toleratur patienter propter Deum, vel ꝓpter pacem ſeruandam, vel ſui humiliationem, & ſic non reſiſtere malo cadit ſub conſilio & non ſub pręcepto. Et in iſtis duobus modis loquitur Saluator, & ſic non excludit legē iuſticiæ, ſed addit ſuper hoc perfectionem legis euangelicæ, ad quam tenentur homines, ſed poſſunt licite de illata iniuria vindictam quærere ſm̄ ordinem iuſticiæ, qñ non apparet ex hoc maius malum ſurgere, vt ꝑdictum eſt. Sciendum aūt, ꝙ ex hoc legis verbo: Oculum pro oculo, dentem pro dente &c. aliqui Iudæi, de quibus vr̄ iſte fuiſſe, interpretantes dixerunt, ꝙ vindicta erat per ſe petenda. quod eſt falſum: quia vindicta eſt malum pœnæ, & ideo non eſt propter ſe appetibilis, ſed propter aliquod bonum conſequendum, vt propter ordinem iuſticiæ ſeruandum, vel propter correctionem iniuriantis, vel propter terrorem aliorum vt ab iniurijs coerceantur, vel aliquid hmõi. Vbi igitur nullum tale bonum ex pœna alicuius æſtimatur prouenire, ſed magis timetur de ſcandalo & malo maiori, tunc deſiſtere a vindicta quærenda, eſt neceſsitatis & præcepti, vt prædictum eſt. Si autem circa talem caſum a vindicta quærenda quis deſiſtat, bonum ſupererogationis eſt. Et hoc patet per facta ſanctorum patrum, non ſolum noui Teſtamenti, ſed ēt veteris. Sā-

B ctus. n. Ioſeph, potens vindicare a fratribus ſibi illatam iniuriam, non ſolum a vindicta deſtitit, ſed etiam eos cum ſuis familiis miſericorditer ſuſtentauit. Similiter Dauid Semei ſibi maledicentem & lapides contra eum mittentem, & ex hoc reum læſę maie*2. Re. 17. c* ſtatis, occidi ab Abiſai prohibuit, dicens: Dimitte eum ut maledicat, ſi forte videat dominus afflictionem meā. Idem ēt patet per ſcripturam veteris Teſtamenti Leuit. xix. d. Nō quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. Vbi vero ex vindicta ſm̄ ordinem iuſticiæ non appareret ortus ſcandali vel mali, & ex deſiſtentia ab ea daretur malis audacia iniuriandi bonis, tunc talis deſiſtentia malum eſſet & peccatum. In tali caſu non eſt intelligendum Saluatoris verbum. Quod autem ſequitur. *Et qui te percuſſerit in unam maxillam &c.* non eſt intelligendum q̄tum ad effectū, vt ſic percuſſus maxillam alteram offerat percuſſori, quia Ieſus qui cœpit facere & docere, percuſſus in vna maxilla, vt habetur Iohan. xviii. d. non exhibuit aliam maxillā percuſſori, ſed eū charitatiue corripuit. d. Si male locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo; ſi aūt bene, cur me cædis? Eſt igitur verbum prædictum ſm̄ animi diſpoſitionem intelligendum, vt. ſ. ſic percuſſus ſit diſpoſitus in animo adhuc ſuſtinere maiores percuſsiones vel iniurias in caſibus prædictis. ſ. qñ eſt ibi bonum neceſſarium vel ſupereroga*Ad tertiam* tionis. Ad illud autem, quod obiįcitur de Chriſtianis legē Chriſti non obſeruantibus: Dicendum ꝙ ex eorum malicia nō peioratur lex euangelica, ſicut nec lex in monte Sinai data per hoc ꝙ Iudæi ſatis cito poſt eius dationem fecerunt & adorauerunt vitulum cō*Exod. 32. b. c. 19. d* flatilem. Ad illud autem quod arguit vltra de odio inimici, ſcien*Ad quartā* dum, ꝙ doctores Hebræi circa hoc errabant. Ex hoc. n. quod ꝑceptum eſt Leuit. Diliges ꝓximum tuum ſicut te ipſum, arguebant a contrario ſenſu, quòd debebāt odire inimicum. Sed hoc eſt falſum, quia oīs homo ex charitate diligendus eſt inq̄tum ad imaginem Dei eſt & capax ipſius per cognitionem & amorē. Amicitia. n. charitatis, fundatur ſuper cōicationem ſupernaturalis beatitudinis. & ideo oīs intellectualis creatura, quæ actu vel potentia eſt beata, eſt ex charitate diligenda. Mali autem homines, q̄diu ſunt in via, ſunt in potentia veniendi ad beatitudinē. Et ideo licet malicia eorum ſit odienda, ipſa tñ natura poſſibilis beatificari eſt diligenda. & hoc eſt ꝙ dicit Saluator: Diligite inimicos veſtros, bona ſ. gratiæ & gloriæ eis optando. Alia autem non ſunt eis optanda, niſi in quadam generalitate inq̄tum valent ad eorum ſalutē, quod ſoli Deo eſt notum, quia omnibus aliis poteſt homo bene vel male vti, & ideo circa hoc non eſt aliquid determinate petendum, ſed ſub conditione q̄tum valent. ſ. ad eorum ſalutem. Sequitur: *Benefacite.* Beneſacere eſt effectus dilectionis. Et ideo ſicut te- C nemur diligere inimicos quantum ad bona gratiæ & gloriæ, ita tenemur in effectu ſalutem eorum modo debito & poſſibili procurare. Quod autem benefacere odientibus & inimicis ſit laudabile, patet non ſolum per ſanctos patres noui Teſtamenti, ſed etiā veteris: Iſaac. n. regi Geraræ & viris eius, qui eum oderant & expulerant, fecit magnum conuiuium. Ioſeph fratres ſuos, qui eum oc- *Gene. 26. f* cidere voluerunt, & tandem ſeruituti, quæ eſt mors ciuilis, vendiderant, dulciter recepit & pauit: Dauid Saulem ipſum perſequen *Gen. 42. g* tem ad mortem bis a morte liberauit. Eliſęus Syros eum quæren *1. Re. 24. d & 26. b* tes ad mortem a rege Iſrael interfici prohibuit, & eos cibo & potu iuſſit refici, & ſic ad dominum ſuum libere remittit. Hoc etiā *4. Reg. 6 c* patet per ſcripturam veteris Teſtamenti, Exod. Si occurreris boui *Cap. 23. a* inimici tui aut aſino erranti, reduc ad eum. Item ibidem: Si videris aſinum odientis te iacere ſub onere, non pertranſibis ſed ſubleuabis cum eo. Item Prouer. Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum, ſi *Cap. 25. c* ſitit, da ei aquam bibere. Item Pſal. Cum his qui oderant pacem, *Cap. 119. b* eram pacificus. Quod autem contradicta arguit de habitatoribus terræ Chanaan, de quibus inibuit filiis Iſrael, ne contraherent cū eis amicitias, ſed eos occiderent. Dicendum, ꝙ illi erant idololatræ peſſimi, propter quod mortem meruerant ſecundum iudiciū Dei, & ideo filij Iſrael occidentes eos, non fecerunt ex odio, ſed ex mandato Dei, & iuſticiæ zelo. Cum ipſis enim non erant amicitiæ contrahendæ, ne per hoc filii Iſrael traherentur ad vitium idololatriæ.

QVinto accipit Iudæus illud, quod habetur Matth. viii. *Obiectio Iudæi prima* a. *Cum deſcendiſſet Ieſus de Monte, ſecutæ ſunt eum turbæ multæ, & ecce leproſus veniens adorabat eum dicens: Domine ſi uis, potes me mundare &c.* Sequitur: *Et ait Ieſus: Vade, & oſtende te ſacerdoti & offer munus quod præcepit Moyſes.* Ex hoc arguit ſic, ꝙ volebat ſacrificium, quod fiebat in emundatione leproſi: alibi vero dicit: Miſericordiam volo, & non ſacrificium: & *Matt. 9. b* ſic contradicit ſibiipſi. & ſic inſtabilis eſt in uoluntate. Item idem arguit per hoc qđ dicit mundato a lepra: vade nemini dixeris &c. Et alibi dixit curato a dæmone. Vade ad tuos & narra quanta fece *Luc. 8. f* rit tibi Deus: Item alibi dixit: Qui me confeſſus fuerit coram ho- *Secunda Matt. 10. d* minibus, confitebor & ego eum coram patre meo: & ſic patet ꝙ voluit facta ſua celari & publicari, quæ ſunt contradictoria. Ad primum dicendum, quòd non valet: Nam eadem ratione per ſcripturam veteris Teſtamenti, quam Iudæus confitetur eſſe veram, probaretur Deum eſſe mutabilem, quia dicitur de Noe ſacrificio, *Gen. 8. d* Odoratuſq; eſt dominus odorem ſuauitatis: & ſic fuit ſibi placi- D tum. Item in Exo. & Leuit. & in aliis libris veteris Teſtamenti pręcepit Deus ſibi offerri ſacrificia tanquam ſibi placita. Et Iſaiæ dicit. Holocauſta arietum, & adipem pinguium, & ſanguinem hirco *Reſpōſio ad primam* rum & vitulorum nolui. Et Pſal. Sacrificiū & oblationem noluiſti, &c. hæc oīa non arguunt Dei mutabilitatem: Nam ipſe immu *Cap. 1. d* *Cap. 39. b* tabilis, mutabilia operatur, ſicut incorporeus corporea. Quod autem Ieſus dixit allegando dictum Oſeæ prophetæ. Miſericordiā *Cap. 6. b* volui & non ſacrificium: non dixit hoc, ſacrificia veteris legis reprobando. habebant. n. tunc curſum ſuum vſq; ad mortem Chriſti, ſed hoc dixit opera miſericordiæ ſacrificiis pręponendo. Nam habent duplicem bonitatem. Vnam ex genere, qa ſunt opera virtutis moralis. Aliam ex charitate, quia qñ fiunt ex charitate, habent bonitatem meriti vitæ ęternæ. Sacrificia uero veteris legis non habebant bonitatem, niſi ex fide & deuotione offerentium. Ideo dicitur: Reſpexit dominus ad Abel & ad munera eius. q. d. *Gen. 4. a* munera fuerunt accepta ſibi propter bonitatem offerentis. Quòd autem iſto modo intellexerit propheta, vel potius dominus loquens per prophetam, patet per textum ibidem, qui talis eſt: Miſericordiam volo & non ſacrificium, & ſcientiam dei plus q̄ holocauſta: Per hoc quòd dicit: Plus holocauſta, quæ ſunt quædam ſacrificia, patet quòd non loquebatur holocauſta reprobando, ſed eis ſcientiam Dei præferendo. Et eodem modo de operibus miſericordiæ reſpectu ſacrificiorum. Et hoc idem patet Iſa. poſtq̄ di- *Cap. 1. d* xit dominus: Holocauſta arietum, & adipem pinguium, & ſanguinem hircorum & vitulorū nolui, ſubdidit: Quærite iudiciū, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduam: & venite & arguite me, dicit dominus. Si fuerint peccata veſtra vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur. Ex quo patet manifeſtè, quòd opera miſericordiæ & iuſticiæ magis erant deletiua culpæ, & meritoria gloriæ habendæ, tamen Chriſti tempore, q̄ ſacrificia legis. Quod au- *Ad ſecūdā* tem arguitur vltra, quòd Ieſus voluit aliquando facta ſua celari, aliquando vero publicari, fuit valde rationabile: Nam omnis eius operatio fuit noſtra inſtructio. Expedit autem imperfectis opera ſua bona celare, ne per vanam gloriam extollantur. Et expedit aliquando, & maxime perfectis opera ſua bona in publico ponere, ad Dei gloriam & proximi ædificationem. Quantum ad primum dicit Chriſtus. Te autem eleemoſynam faciente, neſciat ſiniſtra *Matt. 6. a* tua quid faciat dextera tua. Et quantum ad ſecundum: Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant veſtra bona opera & glorificent patrem veſtrum, qui in cælis eſt. Sic etiam patres veteris Teſtamenti aliqua bona opera fecerunt occulte, & aliqua publi-



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E ce. Elias enim filium viduæ Sareptanę ſuſcitauit ſecrete in ſuo cubiculo, ad conſolationem matris viduę. Et ignem de cęlo fecit deſcendere ſuper holocauſtum ſuum ad declarationem deitatis veræ, publicè ſcilicet coram rege Achab & populo Iſrael. Similiter Eliſæus multiplicationem olei ad ſuſtentationem viduæ & filiorum eius & ad ſatisfaciendum creditori, fecit ſecretè, ſcilicet clauſo oſtio. Et milites Syriæ volentes eum capere acriſia percuſſos duxit in medium Samariæ coram rege Iſrael & populo ciuitatis. Patet igitur ex prædictis, quòd Ieſus rationabiliter aliqua facta ſua publicauit, & aliqua occultari voluit.

*3. Reg. c. 18. f — 4. Reg. 4. a — 4. Reg. 6. d*

*Obiectio Iudæi prima Matt. 11. d*

SExto accipit Iudæus illud quod, dicit Ieſus: *Confiteor tibi pater domine cæli & ter.* Chriſtiani dicunt, quòd pater & filius vnum ſunt: quomodo igitur dicitur confiteri coram patre ſuo? deberet magis dici coram ſeipſo. Item ſi omnia ſunt ei tradita a patre, nihil habet a ſeipſo, & ſic ex ſe eſt omnino deficiens.

*Secunda Reſponſio ad primam*

Ad primum, ſupra declaratum eſt per ſcripturas Hebræorum, quòd Ieſus eſt Deus & homo, Deus ab æterno, homo ex tempore. Item declaratum eſt ſupra, quòd Ieſus Nazarenus eſt vere Chriſtus, & quia ſunt diſtinctæ naturæ, ideo ſecundum quod Deus, dicit: Ego & pater vnum ſumus, ſcilicet in eſſentia, diſtincti tamen in perſonis. Secundum autem quòd homo, dicit. Pater maior me eſt. Et ſic orat coram patre & confitetur.

*Ioan. 10. f — Ioan. 14. d*

*Ad ſecundam*

Quòd autem ſubditur, quòd habet omnia a patre, & ex ſe eſt omnino deficiens, dicendum, quòd hæc propoſito eſt vera: Chriſtus inquantum homo eſt creatura: omnis autem creatura ſi relicta fuerit, in nihilum cadet, ſicut eſt de nihilo: & ita poteſt iſta concedi cum reduplicatione: Chriſtus inquantum homo, nihil eſt ex ſe, ſed omnino deficiens. Si autem ex dictis aliquis arguat, quòd idem ſequitur de Chriſto inquantum Deus, quia quidquid habet filius inquantum Deus, habet naſcendo, & per conſequens habet illud a patre, & ſic ex ſe nihil eſt, ſed eſt omnino deficiens. Dicendum quòd non ſequitur, quia filius a patre habet idem eſſe cum eo. Nam diuinum eſſe non multiplicabile: & ideo ſicut pater eſt neceſſe eſſe, ſic & filius, & ſic non poteſt dici deficiens. Nam eandem deitatem, potentiam & ſapientiam, & ſic de aliis abſolutis habet cum patre. Quòd autem in diuinis ſit pater & filius, non ſolum patet ex nouo

F Teſtamento, ſed etiam ex veteri. Iſaiæ. ix. b. Filius datus eſt nobis, & vocabitur nomen eius admirabilis, &c. Ex quo patet, quòd in diuinis eſt filius, & per conſequens pater: quia dicuntur relatiuè adinuicem, quæ poſita ſe ponunt & perempta ſe perimunt: Non enim poteſt dici, quod Dei filius ſit filius alicuius creati vel finiti. Non tamen ſunt duo increati, nec duo immenſi, ſicut nec duo dij, ſed vnus increatus, & vnus immenſus. nullam diſtinctionem enim habent in deitate, ſed ſolum in perſonali proprietate.

*Obiectio Iudæi alia & prima*

SEptimo accipit Iudæus illud, quod ſcribitur Matt. xij. b. *In illo tempore abiit Ieſus ſabbato per ſata: diſcipuli autem eius eſurientes cœperunt uellere ſpicas, & manducare. Phariſæi autem videntes dixerunt ei: Ecce diſcipuli tui faciunt quod non licet facere ſabbatis. At ille dixit eis: Non legiſtis, quid fecerit Dauid, quando eſuriit, & qui cum eo erant, & quomodo intrauit domum Dei, & panes propoſitionis comedit: quod non licebat ei edere, neque eis, qui cum eo erant, niſi ſolis ſacerdotibus? Et non legiſtis in lege, quia ſabbatis in templo ſacerdotes uiolant ſabbatum: & ſine crimine ſunt? Dico uobis quia templo maior eſt hic.* Ex dictis ſic arguit. Primo ſi Ieſus eſt Deus, vt dicunt Chriſtiani, quare relaxauit obſeruantiam ſabbati, cum ipſe prius eam præceperit. Memento vt diem ſabbati ſanctifices? Igitur aut ipſe non eſt Deus, cuius contrarium affirmant Chriſtiani: aut Deus eſt mutabilis relaxando quod præceperat, maxime tanquam legitimum ſempiternum, cuiuſmodi eſt obſeruatio ſabbati.

*Exo. 20. b*

*Secunda*

Item exemplum, quod adducit de Dauid, non eſt conueniens. Primo quia diſcipuli Ieſu non erant in tanta neceſſitate famis ſicut Dauid, tunc tranſgrediens ſabbatum, tranſgreſſionem non reiterauit. Item ſi excuſauit hanc Dauid tranſgreſſionem, eadem ratione debuit excuſare adulterium eius cum Bethſabee & homicidium Vriæ. Item exemplum, quod adducit de ſacerdotibus, non eſt ad propoſitum. Sacerdotes enim operabantur ſabbato in templo, accendendo ignem vel potius nutriendo: hoc autem non erat prohibitum, ſed ſolum de habitationibus hominum, ſicut dicitur, Exod. de ſabbato: Ignem non accendetis in cunctis habitaculis veſtris. templum autem non includitur in generalitate habitaculorum hominum.

*Cap. 35. a*

*Reſponſio*

Ad ſolutionem iſtorum præmittendum eſt vnum, ſcilicet quòd tempore veteris Teſtamenti Dominus diſpenſauerit in obſeruantia ſabbati. Hoc autem patet Ioſue ſexto a. vbi dicitur, quòd de mandato Domini Ioſue & viri bellatores circumierunt vrbem Iericho ſeptem diebus continuis armati, & ſic oportuit quòd dies ſabbati fuerit vna de illis. Et in libro apud Hebræos autentico, qui dicitur Cedar olam, id eſt ordo ſeculi, dicitur

G quòd die ſabbati fuit prælium Iericho: Et hoc ſatis innuitur in textu Ioſue ſexto b. vbi dies ille dicitur de ſabbato, & illo die circumierunt Iericho ſeptem vicibus, & in vltimo circumitu corruentibus muris intrauerunt & interfecerunt omnes habitatores vrbis. Item dicitur, quòd Elias ambulauit in fortitudine cibi diebus quadraginta & noctibus quadraginta continuè, & ſic pluries ambulauit in ſabbato & ex voluntate Dei.

*3. Re. 19. b*

*Ad primũ*

Ad primum dicendum, quòd magis eſt ad oppoſitum: Nam ille, qui dat præceptum, poteſt in illo diſpenſare in caſu & totaliter reuocare: & ideo Ieſus inquantum Deus poterat hoc facere. propter quod ſubdit de ſeipſo: Dominus eſt filius hominis etiam ſabbati: Idem autem in perſona eſt filius hominis & filius Dei. Quod autem arguitur vltra, quòd Deus ſit mutabilis, non valet: Nam immutabilis exiſtens, mutabilia operatur, ſicut incorporeus exiſtens corporalia operatur & facit. Et quod vltra dicitur, quòd ſanctificatio ſabbati fuit præcepta ad ſemper, non eſt verum. Nam vbi de ipſa ſcribitur Exod. Pactum eſt ſempiternum: in Hebræo habetur, pactum eſt beollam id eſt in ſeculum, quod non ſignificat æternitatem, ſed tempus longum communiter acceptum. Et hoc modo dicitur Ierem. A ſeculo confregiſti iugum meum, id eſt ab antiquo tempore, in Hebræo habetur, beollam confregiſti &c. id eſt a ſeculo. Aliquando vero accipitur pro tempore determinato, quod tamen poteſt eſſe ſatis breue, ſicut Deu. dicitur. Perforabis aurem eius in ianua domus tuæ, & erit tibi ſeruus in æternum. In Hebræo habetur: Perforabis &c. & erit tibi ſeruus beollam id eſt in ſeculum: & hoc tempus poterat eſſe breue uel longum. Vnde dicit hic gloſſa Hebraica, beollam id eſt cunctis diebus ſeculi domini vſque ad iubileum. Si enim infra annum a perforatione auris ſerui moreretur dominus, fiebat liber a ſeruitute. Et ſi viueret ultra annum iubileum, ſeruus tamen fiebat liber in anno iubileo. Patet igitur ex dictis, quòd obſeruatio ſabbati non erat præcepta ad ſemper, ſed ad tempus. Et ex hoc patet, quòd illi, qui pro hac dictione Hebraica beollam, tranſtulerunt æternum vel ſempiternum, dederunt ſimplicibus occaſionem errandi circa obſeruantiam ſabbati & circuncıſionis.

*Mat. 12. a — Cap. 31. d — Cap. — Cap. 15. d*

*Ad ſecundam*

Quod autem arguit vltra de diſcipulis Ieſu ſpicas vellentibus, quòd peccauerunt, non eſt verum. Non enim peccauerunt ratione facti, quia ſcribitur Deu. Ingreſſus vineam proximi tui, comedes vuas quantum tibi placuerit.

*Cap. 23. d*

H Et idem intelligendum eſt de granis bladi & aliis fructibus. Nec peccauerunt ratione temporis, ſcilicet diei ſabbati: Nam eorum eſuries eos excuſabat. Poſſet etiam probabiliter dici, quòd ſimpliciter hoc poterant in die ſabbati. Non enim peccabant ratione comeſtionis, quia comedere in die ſabbati licitum erat omnibus Iudæis. Nec ratione excuſſionis granorum de ſpicis, quæ eſt quædam præparatio cibi, quia licet præparatio cibi per decoctionem eſſet prohibita fieri in die ſabbati, quia ibi eſt longus labor & diſtractio, ſcilicet compoſitio lignorum & accenſio ignis, & compoſitio vaſorum ad ignem, & ſolicitudo circa decoctionem, vt fiat opportune, tamen aliquę præparationes parui laboris & paruæ diſtractionis, in die ſabbati poterant fieri, vt pote cibum coctum præcedenti die diſponere in vaſis, & ponere ſuper menſam mappam, & ſimilia. Et ſimiliter etiam, quæ cruda comedebantur, vt herbæ, licitum erat lauare. Vellicatio autem ſpicarum non videtur eſſe magis laborioſa ſeu diſtractiua, ſed minus, & per conſequens licita.

*Exo. 16. e*

Quod autem vltra arguit, quòd Dauid & viri eius erant in maiori neceſſitate famis quàm diſcipuli Ieſu, non videtur veriſimile. Habebant enim aliquam pecuniam vel aliqua pignora ad habendum cibum aliunde, quæ diſcipuli Ieſu non habebant, quia ſine pecunia & pera, & cum ſimplici veſte neceſſaria incedebant. Vnde nec Achimelech ſummus ſacerdos quæſiuit de neceſſitate Dauid & virorum ſuorum ad hoc quòd daret eis licite panem ſanctum, ſed ſolum de mundicia eorum, maxime a mulieribus, vt patet.

*1. Reg. 21.*

Quod autem arguitur vltra, quòd Dauid peccauit panes illos comedendo, patet falſum, non ſolum per verbum Saluatoris factum excuſantis, ſed etiam per ſcripturam veteris Teſtamenti, quæ non reprobat comeſtionem Dauid, nec Achimelech conceſſionem. Et quia ſummus ſacerdos erat, non eſt veriſimile quòd ignoraret quid eſſet licitum vel illicitum circa obſeruantiam ſabbati. Ipſe autem dixit: Si mundi ſunt pueri, maxime a mulieribus, manducent. q. d. fames, ſuppoſita dicta mundicia, facit comeſtionem licitam. Quod autem vltra dicitur, quòd eadem ratione debuit excuſare, vel relaxare adulterium cum Bethſabee & homicidium Vrię: Dicendum quòd falſum eſt. Nam iſta ſunt per ſe mala, nec poſſunt bene fieri, propter quod in talibus non habet locum diſpenſatio. Quòd autem vlterius dicitur de ſacerdotibus in templo laborantibus manualiter & licitè, non ſolum accendendo ignem, vel potius nutriendo, ſicut pręcipitur Leui. Ignis in altari meo ſemper ardebit, quem nutriet ſacerdos, ſubiiciens ligna mane per ſingulos dies, ſed etiam hoſtias lauando & ſuper altare cremando, & hoc

*Cap. 6. b*

A ratione templi, vel potius diuini cultus ibidem finiendi, eadem ratione vel maiori, diſcipuli præſente Ieſu & eius licentia poterant licite vellere ſpicas, dato quòd alias eſſet illicitum, quod tamen nō eſt, vt ſupradictum eſt: Ideo ſubdidit Saluator: Dico autem vobis, quia maior templo hic.

*Obiectio Iudæi contra trinitatem prima.*

OCtauo accipit Iudæus illud quod ſcribitur Matt. xij. c. *Omne peccatum & blaſphemia dimittetur hominibus, ſpiritus autem blaſphemiæ non dimittetur. Et quicunque dixerit uerbum contra filium hominis remittetur ei qui autem dixerit contra ſpiritumſanctum, non remittetur ei, neque in hoc ſeculo, neque in futuro.* Ex his arguit ſic: Vos Chriſtiani dicitis quòd pater & filius & ſpiritusſanctus ſunt vnius eſſentiæ & vnius uoluntatis: quomodo ergo eſt peccatum ſeu blaſphemia contra ſpiritumſanctum & non contra filium & patrem? Et quomodo vnus remittit peccatum vel blaſphemiam ſine alio? Hæc enim, quæ videntur haberi ex verbis Ieſu, implicant contradictionem. Nam ſi ſunt vnius eſſentiæ, & vnus blaſphematur & alter non, ſequitur quòd idem blaſphematur & non blaſphematur. Et ſi ſunt unius voluntatis, ſi vnus remittit & alter non, ſequitur, quòd idem remittit eidem blaſphemanti & non remittit, quæ ſunt contradictoria.

*Secunda*

Item de anima blaſphemantis ipſum Chriſtum ſeparata, quæro vbi ſcilicet in cælo vel in gehenna? Si dicatur, quòd in cælo, ſequitur quòd ſpiritusſanctus ſit impotens ad puniendum blaſphemiam ſibi illatam, & ab eo non remiſſam: Si autem dicatur quòd ſit in gehenna, ſequitur quòd pater & filius ſint impotentes ad ſaluādum eam, cum remiſerint blaſphemiam.

*Tertia*

Item ſi duo remittunt, pater & filius, & ſpiritusſanctus non remittit, quid proficit blaſphemanti, & quid ſibi nocet ſi ſpiritusſanctus non remittit: ex quo pater & filius remittunt ei? Ex his ergo, quæ ſibi videntur friuola & contradictionem implicantia, quę conſequuntur ex verbis Ieſu Nazareni, concludit, quòd eius doctrina ſit nullius momenti.

*Reſponſio*

Satis patet intelligentibus, quòd obiectiones iſtę procedunt ex imaginatione falſa circa articulum trinitatis ſanctæ. Et ideo declarandum eſt primo ex ſcripturis Hebraicis, quòd in eſſentia diuina plures ſunt perſonæ. Secundo quòd ſunt tres. Tertio ſoluentur obiectionis, Primum declaratur per principium ſacræ ſcripturæ. In principio creauit Deus cœlum & terram, vbi veritas Hebraica habet ſic: In principio creauit Elohim cœlum & terram. Eſt autem Elohim nomen plurale huius nominis el, vel eloha: quod ſignificat idem quod

*Pluralitas perſonarum diuinæ naturæ.*

B Deus. Per hoc igitur, quòd hoc nomen plurale Elohim coniungitur cum verbo ſingularis numeri cum dicitur: creauit Elohim ac ſi diceretur, creauit dij, oſtenditur quòd in Deo eſt pluralitas ſuppoſitorum. eo quòd ſuppoſiti eſt agere, ſed per vnitatem actionis oſtenditur vnitas eſſentiæ in tribus ſuppoſitis vel perſonis, quæ licet non ſint tres dij, tamen ſunt tres vnam deitatem habentes. Sed ad hoc reſpondent Iudæi dicentes, quòd hoc nomen Elohim indifferenter accipitur pro plurali & pro ſingulari: Et quando accipitur pro Deo uero, ſemper tenetur in ſingulari. Sed hoc patet falſum: Nam aliquando tenetur manifeſte pro Deo vero, & tamen coniungitur cum adiectiuo pluralis numeri. & aliquando cum verbo pluralis numeri, quod non eſſet, ſi teneretur pro ſingulari. exemplum primi Ioſue vltimo: Non poteris ſeruire domino, Deus enim ſanctus ipſe. Hebraica veritas ſic habet: Non poteris ſeruire domino, quia Elohim ſancti ipſe. Item Ierem. xxiij. g. Peruertiſtis verba Dei uiuentis domini exercituum. Hebraica veritas ſic habet: Peruertiſtis verba Elohim viuentium domini exercituum. Patet autem quòd iſtæ autoritates loquuntur de Deo uero. Nam Ioſue loquebatur populo de ſeruitute Dei ueri, ut patet literam intuenti. Similiter hoc patet de ſecunda autoritate. Nam ubi habemus, domini exercituum, in fine autoritatis, pro hoc nomine domini, in Hebræo ponitur nomen domini tetragrammaton, quod de ſolo Deo vero poteſt dici, ut declarat Rabbi Moyſes in libro de directione perplexorum. Et tamen in iſtis autoritatibus hoc nomen Elohim coniungitur cum adiectiuis pluralis numeri, ut patet. Exemplum autem ſecundi, ſcilicet quòd hoc nomen Elohim coniungitur cum uerbo pluralis numeri, habetur. ij. Regum ſeptimo. d. Quæ eſt gens ut populus Iſrael in terra: propter quem iuit Deus, ut redimeret ſibi in populum? Hebraica litera ſic habet: Quæ ut populus tuus gens una in terra, propter quam iuerunt Elohim ad redimendum ſibi? Item Eccleſia. ij. c. Quis eſt homo ut ſequi poſſit regem factorem ſuum? Hebraica litera ſic habet: Quis eſt homo, vt intret poſt regem, qui iam fecerunt eum. Patet igitur ex eo modo loquendi Hebraico, quòd in diuinis eſt pluralitas ſuppoſitorum, & unitas eſſentiæ: quod Moyſes & alij prophetæ dederunt intelligi ſtudioſis in lege per talem modum loquendi. Secundo oſtenditur, quòd in diuinis eſt trinitas perſonarum ſeu ſuppoſitorum, Iſa. quadrageſimooctauo. c. Non a principio in abſcondito locutus ſum ex tempore, antequam fierent ibi eram, & nunc dominus Deus miſit me & ſpiritus eius. Quòd autem hæc ſint uerba domini loquentis, patet per literam præcedentem cum dicitur: Manus quoque mea fundauit terram,

C & dextera mea menſa eſt cœlos &c. Et ſub eodem contextu ibidem loquens dicit: Et nunc dominus Deus miſit me, & ſpiritus eius. Similiter per literam immediate ſequentem cum dicitur: Hæc dicit dominus Deus redemptor tuus ſanctus in Iſrael. In autoritate uero præmiſſa exprimitur Deus miſſus a Deo & ſpiritus eius. Inter mittentem vero & miſſum ſemper eſt diſtinctio perſonalis: Et ſic iſta ſcriptura impleta fuit in incarnatione filii, qui eſt Deus miſſus in mundum a Deo patre & ſpiritusſancto. Item Eccleſia. quarto. c. Funiculus triplex difficile rumpitur. Gloſſæ Hebraicæ ſenſus eſſe videtur: Myſterium trini Dei & unius non facile diſcutitur. Sed hanc gloſſam moderni Iudæi peruertunt, retorquentes hanc trinitatem ad tria attributa diuina, quæ ſunt potentia, ſapientia & bonitas. Sed non uidetur hæc eſſe ſententia gloſſæ per hoc, quod dicit, non facile diſcutitur: quilibet enim etiam ſatis ſimplex ſcit Deum eſſe potentem, ſapientem & bonum. Item ſicut Deus operatur per ſuam potentiam, ſapientiam & bonitatem, ſic artifex creatus operatur per artem ſuam ſicut per regulam directiuam & per potentiam ſuam qua tranſmutat materiam ad formam ſcamni, uel lecti, ſeu alicuius huiuſmodi, per appetitum bonitatis lucri. Et iſta tria multo plus differunt in eo, quàm potentia, ſapientia & bonitas in Deo: Et ideo ſi propter iſta tria Deus dicitur trinus & unus in gloſſa prędicta, multo fortius quilibet artifex diceretur trinus & unus, quod non eſt uerum, & coniungeretur ſingulare cum uerbo pluralis numeri, dicendo: Hiram fecerunt templum Salomonis, ſicut de Deo ſupradicitur, quòd eſt rex, qui fecerunt hominem. Item ſuper illud Pſalm. Deus deorum dominus locutus eſt, ubi in Hebræo ponuntur tria nomina diuina, & tranſlatio Hieronym. iuxta Hebræum habet: Fortis Deus dominus locutus eſt: quęrit gloſſa Hebraica, quare Aſaph ter nominauit dominum in principio huius Pſalmi. Et reſpondet, quia Deus in tribus proprietatibus cauſauit ſeculum. Proprietates autem iſtæ formaliter conſtituunt tres perſonas, quarum opera ſunt indiuiſa. Aſaph autem fuit actor iſtius pſalmi. Iſta uero, quę hic dixi de trinitate perſonarum in unitate eſſentiæ, tractaui diffuſius in quadam quæſtione de quolibet, qualiter per ſcripturas Hebræorum oſtendi poſſit myſterium Chriſti quantum ad aduentum eius primum, eſſe completum. Ex dictis etiam

*Pſal. 49.*

D patet, quòd non eſt contra intentionem antiquorum Hebręorum dicere pluralitatem in Deo, dum tamen unitas eſſentię teneatur, quod nos Chriſtiani tenemus firmiter, & fideliter confitemur.

*Ad obiectiones Matt. 12. c*

His dictis reſpondendum eſt ad obiectiones. Circa quod ſciendum, quòd Saluator diſtinguit blaſphemiam contra filium hominis a blaſphemia contra ſpiritumſanctum, primam vocans uerba Iudæorum nequiter prolata contra benignitatem humanitatis ſuæ: Comedebat enim & bibebat cum hominibus, etiam aliquando cum peccatoribus, ſicut clementiſſimus medicus cum ægrotis. Et ex hoc Iudæi uocauerunt voracem, & potatorem uini, Publicanorum amicum, vt habetur Matth. undecim. c. Et hanc blaſphemiam dixit Saluator eſſe remiſſibilem, eo quòd erat excuſabilis in parte ex conſideratione fragilitatis humanæ. Secundam vero blaſphemiam vocauit uerba contra diuinitatem ſuam nequiter dictam. Videntes enim ab eo fieri expulſiones dæmonum, illuminationes cæcorum, ſuſcitationes mortuorum, & conſimilia, quę non poterant fieri niſi virtute diuina, Iudæi tamen nequiter attribuebant ea virtuti dæmonis, dicentes: Hic dęmones non eijcit niſi in Beelzebub principe dæmoniorum. Et hanc blaſphemiam dixit Saluator irremiſſibilem, non ſimpliciter, ſed de difficili remiſſibilem. Nam ex parte blaſphemantium non erat aliqua excuſabilis ratio in toto vel in parte. Et quia talis blaſphemia contrariatur principio remiſsionis peccatorum, quod eſt uirtus diuina: & quia eadem deitas eſt in tribus perſonis: ideo blaſphemans contra vnam perſonam, blaſphemat contra aliam. Et ſimiliter quia eadem bonitas eſt in tribus perſonis, ideo vna perſona non remittit ſine alia: Nam opera trinitatis ſunt indiuiſa. Remiſſio tamen peccatorum aliquando attribuitur perſonæ ſpiritusſancti, quia principium remiſſionis huiuſmodi eſt bonitas, quæ eſt attributum ſpiritusſancti. Patet igitur, quòd obiectiones Iudæi ſuprapoſitæ procedunt ex falſa imaginatione.

*Blaſphemia duplex — Mat. 12. b*

*Irremiſſibile dicitur dupliciter*

Reſtat autem oſtendere quòd irremiſſibile dupliciter dicitur. Vno modo, nullo modo remiſsibile: Alio modo, de difficili remiſsibile. Hoc primo patet. v. metaphyſicæ, vbi dicitur, quòd impoſsibile & intranſibile vno modo dicitur, quod nullo modo poteſt fieri vel tranſiri. Alio modo, quod poteſt, ſed de difficili. Hoc etiam declaratur de communi modo loquendi. Dicitur enim de cæco perfecto, quòd non poteſt uidere ſimpliciter: & de cæcutiente, quòd non poteſt uidere, quia uidet cum difficultate. Tertio hoc declaratur ex modo loquendi ſcripturę ve. Teſtam. Ioſue conſiderans difficultatem populi ad bonum, & pronitatem ad malum dixit, Non poteritis ſeruire domino, &c. non intellexit de im-

*Ioſue. vlt.*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E de impoſſibilitate ſimpliciter, ſed de difficultate. Nã ibi ſubditur, ꝙ inijt fœdus inter populum & Deum, vt ſeruirent domino, &c. Itẽ Iere. dicitur: Si poteſt Æthiops mutare pellem ſuam, & pardus varietates ſuas, & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malũ. Quòd .n. Aethiops & pardus poſſint mutare pelles ſuas, hoc eſt impoſſibile ſimpliciter, ſed ꝙ aſſuetus ad mala, reuertatur ad bene agendum, non eſt impoſſibile, ſed difficile, eo ꝙ habitus vitioſus inclinat ad male agendum per modum naturæ. Exemplum aũt habetur in Manaſſe rege, qui diu fuit aſſuetus in peſſimis, & tamen finaliter reductus fuit ad bonum virtutis, vt patet. ij. Par. xxxiij. b. & in fine libri vbi ponitur eius oratio. Quòd aũt Iudæus quærit vltimo de anima blaſphemantis vbi ſit: Dicendum, ꝙ ſi receſſit a corpore cum peccato blaſphemiæ eſt in inferno: Si aũt receſſit totaliter expedita quantum ad culpam & pœnam, eſt in celo: Si uero receſſit liberata a culpa, ſed adhuc ad pœnam temporalem obligata, detinetur in purgatorio donec purgetur, & ſic ad gloriam transferatur. Nec aliqua perſona diuina eſt impotens ad ſaluandum eam vel puniendam, quia ſicut tres perſonæ ſunt, & vnus Deus, ita ſunt vnus omnipotens ad faciendum de creatura quidquid placet ſibi ſecundum ordinem ſuæ ſapientiæ & iuſticiæ.

*Cap. 13. e*

NOno accipit Iudæus verbum Ieſu Nazareni quod ſcribitur Mat. xviij. b. *Non eſt voluntas ante patrem veſtrũ qui in cælis eſt, vt pereat vnus de puſillis iſtis*. Et ibidem præmittitur: *Venit enim filius hominis ſaluare quod perierat*. Item Mat. xiii. b. dicit: *Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes non vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt*. Ex his arguit ſic: Si venit ſaluare quod perierat, vt dicit, & tamen loquebatur peccatoribus parabolice, vt non intelligerent, nec per conſequens conuerterentur & ſaluarentur, vt ibidem in euangelio ſubditur: iſta videntur manifeſte ſibi contradicere, ſcilicet ꝙ quæreret ſalutem peccatorum, & non quæreret nec vellet. Item iſtud vltimo dictum deſtruit verbum domini, Nolo mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur & viuat. Dicendum ꝙ Chriſtus non ſemper loquebatur turbis parabolice, ſed aliquando plane & aperte tractans ea, quæ ſunt de ſalutis neceſſitate, vt patet Matthæi. vj. & vij. vbi tradit formam perfectionis euangelicæ. Sed quoniam frequenter ad eius prædicationem veniebant homines maligni, non ad diſcendum, ſed ad inſidiandum ei, ideo tunc loquebatur parabolice vt non intelligerent, ne daret ſanctum canibus, & poneret margaritas ante porcos. Aliquando etiam fidelibus & deuotis loquens, parabolam præmittebat, & poſtea exponebat, vt ex præmiſſione parabolæ veritas gratioſius caperetur. Et hic modus communiter in prædicationibus eccleſiæ obſeruatur. Patet igitur, ꝙ Ieſus aliquando loquebatur parabolice, aliquando plane. Et hoc rationabiliter: Nam Ezechiel & alij prophetæ frequenter vtroque modo loquebantur, vt patet eorum libros intuẽti. Moyſes etiam aliquando loquebatur populo velata facie, aliquando vero ſine velamine. Item Iudæus arguens contra Ieſum, eo ꝙ dicit, in parabolis loquor eis, quia videntes non uident &c. arguit contra Deum veteris Teſtamenti, & per conſequens contra ſeipſum. Dicit enim dominus, Excæca cor populi eius & aures eius aggraua &c. quam autoritatem Ieſus hic allegauit tanquam impletam in ſua prædicatione, per quam ſimplices, & illiterati fuerunt illuminati in apoſtolis, & ſacerdotes & Scribæ fuerunt excæcati, ſicut plenius dixi Iſa. vj. cap. Nec obſtat, quòd verba ſunt hic aliqualiter mutata. Nam apoſtoli & euangeliſtæ allegantes ſcripturam veteris Teſtamenti, magis curauerunt allegare ſenſum quàm verba. Hæc autem excæcatio prædicta fuit ab antiquis doctoribus Iudæorum exponentibus in libro Ciphere. i. decoris, illud, quod dixit Moyſes de populo Iſrael. Generatio praua atque peruerſa, hæccine reddis domino popule ſtulte & inſipiens. Gloſ. Stulte in his, quæ præceſſerunt, & inſipiens ad ſeculum venturum: per quod intelligitur tempus Meſſiæ in gloſſis Hebraicis vbique. Quòd autem vlterius dicit Ieſum deſtruere verbum domini dicẽtis: Nolo mortem peccatoris, &c. non valet: Nam in populo ſunt pœnitentes & obſtinati. De pœnitentibus dicit dominus iſtud verbum, & multa conſimilia. De obſtinatis uero dicit comminationem aſperam & totalem deſtructionem. Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt, &c. Et hoc patuit, per effectum in Chore & ſibi adhærentibus. Et ideo ſi arguit Ieſum deſtruxiſſe domini uerbum, eadem ratione ſeipſum, ꝙ Deus deſtruit verba ſua: quod eſt iniquum, & contra ſeipſum, maxime cum in uerbis domini in eodem contextu literæ talis modus loquendi cõtrarius de obſtinatis & pœnitentibus frequenter inueniatur. Deu. xxxij. f. Ego occidam ſcilicet obſtinatos, & ego uiuere faciam, i. pœnitentes. Et Pſ. lxxvij. d. Cum occideret eos, quærebant eum, & reuertebatur, &c. Occiſio refertur ad obſtinatos peccatores, reuerſio uero ad pœnitentes, qui aliorum pœna territi pœnitebant.

*Secunda* *Ezec. 18. g* *Reſponſio ad primam* F *Iſaia. 6. c* *Deute. 32. a* *Ad ſecundam.* *Iob. 21. b* *Num. 16. e*

*Obiectio Iudæi alia*

DEcimo accipit Iudæus illud, quod ſcribitur Mat. xxj. b. *Mane autem reuertens in ciuitatem eſuriit, & uidens fici arborem unam ſecus uiam, uenit ad eam, & nihil inuenit in ea niſi folia tantum: & ait illi: Nunquam ex te fructus naſcatur in ſempiternum, & areſacta eſt continuo ficulnea*. Ex hoc arguit ſic: Si Ieſus fuiſſet Deus, a longe cognouiſſet fructum ficulneam non habere, nec ad eam iuiſſet. Item cum ipſe dicat: Benefacite his qui oderunt vos: quomodo maledixit arbori quæ nihil nocuerat ſibi? Et ideo hoc uidetur feciſſe ex perturbatione iræ. Dicendum, quòd Ieſus non ſolum inquantum Deus, quem nihil poteſt latere, ſciuit fructum in arbore non eſſe, ſed etiam inquantum homo: quia quilibet etiam ſatis ſimplex poterat illud ſcire cum non eſſet tempus ficorum, ut dicitur Mar. xj. b. Vt quid ergo iuit ad arborem fructu uacuam? Dicendum, quòd ſicut prophetæ ueteris Teſtamenti aliquando prophetabant uerbis, aliquando ſenſibilibus ſignis, ſicut Ieremias prædixit deſtructionem ciuitatis Ieruſalem per Chaldæos, & portauit catenas ligneas in collo ſuo, ut habetur Ierem. xxviij. c. ad ſignificandum, quòd populus catenis uinctus duceretur in captiuitatem, ita Ieſus qui dicitur propheta magnus, & de quo prædictum fuit Deutero. xviij. c. Prophetam ſuſcitabit vobis Deus de fratribus veſtris: etiam deſtructionem ciuitatis Ieruſalem futuram per Romanos prædixit, eo quòd non cognouiſſet tempus viſitationis ſuæ, ſcilicet per Chriſtum. quæ quidem cognitio ad ſacerdotes & legiſperitos pertinebat: & ideo defectum eorum & punitionem ſignificauit per ſenſibile ſignum arboris fructu carentis. Nam ipſe veniens ad legiſperitos & ſacerdotes, quorum fructum boni operis eſuriebat, vacuos bonis operibus inuenit, & per maledictionem arboris eos a Deo maledicendos ſignificauit, & per eius areſactionem eorum deſtructionem præfigurauit. Nam poſtea capta ciuitate per Romanos, cum ſacerdotes miſericordiam peterent: Titus iuſſit eos occidi, dicens, decere ſacerdotes cum templo interire, vt ait Ioſephus. Patet igitur ex prædictis, quòd Ieſus circa ficulneam nihil fecit ex ignorantia ſeu perturbatione iræ, ſed ex magna ratione.

G *Reſponſio* *Luc. 19. e* *Deute. 18. c* *Luc. 13. g* *De bello Iuda. lib. 7. c. 19.*

*Obiectio Iudæi ad primam.*

VNdecimo accipit Iudæus uerba Ieſu Matthæi. xxvj. *Tunc uenit Ieſus cum illis in uillam, quæ dicitur Gethſemani, & dixit diſcipulis ſuis: Sedete hic donec uadam illuc, & orem. & aſſumpto Petro & duobus filijs Zebedæi cœpit triſtari & mæſtus eſſe. Tunc ait illis: triſtis eſt anima mea vſque ad mortem*. Sequitur, *Procidit in faciem ſuam orans & dicens: Pater ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte &c*. Ex his dictis arguit ſic: Si Deus eſt, quomodo orauit? Ipſius enim Dei non eſt orare, ſed ab alijs orari, ut ſic liceat loqui. Item quis unquam audiuit loqui de Deo tremente & timente, cum Deus ſit omnipotens ad faciendum quod uult ſine difficultate? Si autem dicatis, quòd iſte timor & tremor fuit in carne & non in anima, quis eſt ita fatuus qui ignoret carnem non dolere, timere uel tremere, niſi per animam? Item per hoc quod dicit: Tranſeat a me calix iſte, &c. patet quòd in eo non fuit uirtus ad ſaluandum uitam ſuam & carnem. Reſponſio, per prius dicta faciliter poſſunt ſolui iſta. Declaratum eſt enim ſupra per ſcripturas Hebræorum, quòd Meſſias in vete. Teſtamen. promiſſus, futurus erat verus Deus & verus homo in una perſona. Item, quòd redempturus erat mundum per paſſionem ſuam in humana natura. Item, quòd Ieſus Nazarenus eſt uerus Meſſias Iudæis promiſſus: ideo habuit corpus paſſibile & mortale pro noſtra redemptione vſque ad ſuam reſurrectionem, in qua habuit corpus immortale & glorioſum. Dicendum, quòd Ieſus Nazarenus in humanitate pro nobis aſſumpta, in qua minor eſt patre, orabat eum pro nobis, ſicut ſcribitur. Et pro tranſgreſſoribus orauit, vt non perirent. quod capitulum intelligitur de Chriſto ad literam, ſicut ibidem multipliciter declaraui. Orauit etiam pro ſeipſo, Pater clarifica filium tuum. Quod autem arguit de timore, tremore, & triſtitia. Dicendum, quòd iſta non fuerunt in natura diuina, quia hoc eſt impoſſibile, niſi tantum metaphorice, ſicut Gene. dicitur: Tactus dolore cordis intrinſecus, delebo (inquit) hominem quem creaui a facie terræ. Similiter nec in natura humana quantum ad ſuperiorem partem animæ, quæ eſt intellectiua, in qua Ieſus ab inſtanti ſuæ conceptionis fuit comprehenſor, & ſummo gaudio fruebatur, ſed quantum ad partem animæ inferiorem, quæ dicitur ſenſitiua, quæ eſt in corporali organo, in qua Ieſus fuit viator, fuerunt prædicta ad opus noſtræ redemptionis, & vt in ipſo oſtenderetur vera natura ſenſibilis contra futuros hæreticos, qui dicturi erant, quòd Chriſtus non habuit corpus paſſibile, ſed cæleſte. Quod autem vlterius inducitur: Tranſeat a me calix iſte: Dicendum quòd hæc petitio erat ſenſualitatis ſicut mouentis, quæ naturaliter horret mortem: Sed erat rationis proponentis tantum, per quam tamen rationem Ieſus acceptabat mortem, quia voluntas rationalis erat in eo totaliter voluntati diuinæ conformis: ideo dicebat: Verumtamen non mea voluntas, ſed tua fiat. Et accipitur hic voluntas pro appetitu ſenſitiuo, quem appetitus intellectiuus ſuperat. Ideo de ipſo ſcribitur Oblatus eſt quia ipſe voluit. In Hebræo habetur: Angariatus eſt quia ipſe voluit. Et infra in eodem capitulo dicitur de ipſo: Tradidit in mortem animam ſuã, & cum ſceleratis reputatus eſt. Et propter hoc dicebat. Spiritus quidem promptus eſt, caro autẽ infirma, id eſt uoluntas rationis prom-

H *Secunda* *Reſponſio ad primam* *Iſaia. 53. d* *Ioan. 17. a* *cap. 6. a* *Ad ſecundam* *Iſaia 53. c* *Mat. 26. d*

A nis prompta eſt ad mortem, caro autem infirma, i. ſenſualitas horret eam. Et hoc non ſolum inuenitur de Ieſu Nazareno, ſed et de martyribus in no. Teſt. Et ſicut patet de multis, etiam in ve. Teſt. de Machabæis ab Antiocho tormentatis, & Eleazaro, de quo dicitur. Sed cum plagis perimeretur, & ingemuit & dixit: Domine qui habes ſanctam ſcientiam, manifeſte tu ſcis, quia cum a morte poſſem liberari, graues corporis ſuſtineo dolores: ſecundum animam autem. i. ſecundum partem animæ ſuperiorem, libenter hæc patior. Quòd autem arguit Iudæus ꝙ caro non dolet, timet, aut triſtatur, niſi per animam: hoc eſt uerum de anima ſenſitiua, Sed quia neſcit diſtinguere inter ſenſum & intellectum, ideo facit ridiculoſum argumentum.

*2. Mach. 7.* *2. Mach. 6.*

*Obiectio Iudæi alia*

DVodecimo accipit Iudæus verbum Chriſti loquentis Mat. vlt. d. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra*. Ex hoc arguit, ꝙ Ieſus non eſt Deus: Qui eſt ex ſe potentiſſimus, ab alio non accipit poteſtatem. Si aũt dicatur, ꝙ a patre eſt ſibi poteſtas data, non valet: quia Chriſtiani dicunt patrem & filium eſſe æquales. Dicendum ꝙ in Ieſu eſt duplex poteſtas: ſicut eſt duplex natura. Vna eſt poteſtas diuina, quã habuit ab æterno, non tamen ex ſe, ſed ex patre, a quo eſt diſtinctus in perſona. Non tamen in hoc minor patre eſt: quia ab eo accepit eãdem numero naturam & poteſtatem, ſicut ſuperius dictum eſt. Tamen Ieſus non loquitur hic de iſta poteſtate, ſed de alia, quam accepit a Deo in humana natura. Nam ab inſtanti aſſumptionis humanæ naturæ ad perſonam filij, illa natura habuit excellentiam ſuper omnem creaturam autoritatiue, non tñ executiue. Nã inter homines apparuit in forma ſerui, in humana natura paſſibili propter myſterium noſtræ redemptionis adimplẽdum, ſicut fuerat prædictum. Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & liuore eius ſanati ſumus. quod intelligitur ad literam de Chriſto etiam ſm antiquos doctores Hebræorum, prout ibidẽ plenius declaraui. Sed in ſua reſurrectione accepit hanc poteſtatem executiue. ideo tunc dixit: Data eſt mihi omnis poteſtas &c. Tamen in iudicio finali oĩa plenius erunt ſubiecta ſibi, ſicut oſtendit Apoſtolus. Per hanc tamẽ poteſtatem, quæ finita eſt, non eſt, nec erit æqualis Deo patri. Sic igitur patet reſponſio ad obiecta Iudæi ex uerbis euangelij, ſecundum quod ad manum meam deuenerunt.

*Reſponſio* *Iſaia. 53. b* *Heb. c. 2.*

## *Argumenta Iudæi ex verbis Chriſtianorum.*

B

*Obiectio prima*

PRimo arguit Iudæus ex uerbis Chriſtianorum, dicẽs: Vos dicitis, ꝙ creator vnus eſt, & ꝙ Chriſtus veſter ſit filius eius, & ꝙ deſcendit de cælis ſine ſeparatione a patre & a ſpiritu ſancto. Quando ergo vos dicitis, ꝙ filius deſcendit in vterum virginis: quæro ſi tunc pater & ſpiritus ſanctus fuerunt ab eo ſeparati, an non. Si dicitis ꝙ ſic: eſt contradictio in verbis veſtris, quia dicitis ꝙ deſcendit ſine ſeparatione ab eis. Si uero dicitis, ꝙ non, ſequitur ꝙ pater & ſpiritus ſanctus ſint incarnati ſicut & filius, quod vos negatis. Dicendum, ꝙ deſcenſus filij in uterum virginis non eſt intelligendus per motum localem, ſed per nouum effectum in virgine, qui quidem effectus eſt coniunctio diuinæ naturæ & humanæ in vna perſona. Hæc igitur coniunctio poteſt conſiderari dupliciter. Vno modo effectiue: & ſic facta fuit a tribus perſonis, ſ. patre & filio & ſpiritu ſancto. Nam eorum opera ſunt indiuiſa. Alio modo terminatiue, & ſic illa coniunctio terminata eſt ad perſonam filij, propter quod ſolus filius dicitur incarnatus. Licet autem ad hoc poni non poſſit exemplum, quod non habeat plus de diſconuenientia quam de conuenientia, tamen quantum ad aliquid poteſt poni conueniens. Ponatur igitur caſus, ꝙ Plato, Socrates, Cicero tractent matrimonium Berthæ cum Socrate, qui eſt media perſona. Si ergo quæratur a quo eſt effectiue iſta matrimonialis coniunctio, patet a tribus. Si autem quæratur, ad quem eſt terminatiue, patet ꝙ ad Socratem tantum, propter quod ipſe ſolus dicitur eſſe Berthæ maritus. Sic ſuo modo eſt in propoſito: quia licet pater & filius & ſpiritus ſanctus ſint vnum in natura, tamen ſunt diſtincti in perſonis. Incarnatio vero terminata eſt ad filium prout perſonaliter diſtinguitur a patre & ſpiritu ſancto, non tamen dicitur ſeparatus ab eis, quia nomen ſeparationis non recipitur in diuinis perſonis, quia ſignificat diuerſitatem eſſentiæ, nõ ſic autẽ nomen diſtinctionis. Sic igitur patet, ꝙ ad dictum Chriſtianorum de Chriſti incarnatione, non ſequitur contradictio ſeu aliud inconueniens.

*Reſponſio* C

*Obiectio ſecunda*

SEcundo obijcit ſic: Ego quæro a uobis Chriſtianis: vtrũ Chriſtus veſter fuerit mittẽs, vel miſſus? Si dicitis ꝙ miſſus, quis vnquam audiuit Deum miſſum ad aliũ? q. d. hoc eſt apertum mendacium. Si autem dicatis, ꝙ eſt mittens, vos facitis eum mendacem, quia dicit: Ecce ego non ſum ſolus, ſed ego & qui miſit me pater. Dicendum ꝙ Dei filius eſt mittens & miſſus. Fuit enim miſſus in mundum a patre & ſpiritu ſancto in ſua incarnatione benedicta, ſicut ſuperius eſt declaratum per autoritatem. Et nunc me miſit dominus, & ſpiritus eius. Hæc dicit redemptor tuus ſanctus Iſrael. Eſt etiam mittens ſpiritum ſanctum, ſicut dicit. Mittam vobis ſpiritum ſanctum &c. Circa quod ſciendum, quòd miſſio alicuius importat duplicem habitudinem. Vnam ad mittentem, ſecundum quod aliquo modo miſſus procedit a mittente. Aliam ad terminum ad quem mittitur, ſecundum quod miſſus eſt ubi prius non erat, uel eſt ibi alio modo quàm prius. Licet autem in diuinis non ſit proceſſus vnius perſonæ ad alteram ſecundum motum localem, vel ſeparationem realem, tamen eſt ibi proceſſus ſecundum originem, quia filius procedit a patre, & ſpiritus ſanctus ab vtroque. Sicut in nobis ſuo modo verbum intelligibile procedit a mente, non extra ipſam, ſed intra, & ſimiliter amor procedit ab vtroque: Sic igitur filius & ſpiritus ſanctus habent habitudinem ad mittentem. habent etiam habitudinem ad terminum miſſionis, non tamen ſic intelligendo, ꝙ incipiant eſſe vbi prius non erant ſimpliciter, quia de neceſſitate ſunt vbiq; per eſſentiam, præſentiam, & potentiam, ſicut patet Ier. Cælum & terram ego impleo: dicit dominus. Sed ſic intelligendo, ꝙ incipiunt eſſe vbi prius erant, tamen alio modo. Et hoc modo filius Dei dicitur miſſus in mundum a patre, quando incœpit ibi eſſe ut homo, ubi tamẽ prius erat vt Deus, Io. j. a. In mundo erat & mundus eum non cognouit. in propria venit &c. Et ſimiliter ſpiritus ſanctus dicitur miſſus apoſtolis viſibiliter: quando ſuper eos apparuit in ſigno viſibili. Nam hoc modo prius non erat ibi. Et quotidie mittitur inuiſibiliter ad ſanctificandum creaturam rationalem, quia incipit ibi eſſe per gratiam ſanctificantem, ubi tamen prius erat per eſſentiam, præſentiam & potentiam. Ad argumentum Iudæi patet, quod non eſt contradictio dicendo, quòd filius eſt mittens & miſſus, quia non eſt ſecundum idem.

*Reſponſio* *Iſaia 48. c* *Ioan. 16. b* *Cap. 23. e* D

TErtio dicit Iudæus: In libro Simonis Cephæ dicit Ieſus: Ecce ſathan ſtudet ad interficiendum me de manu domini & non dabit me in manu ſathan. Et ex hoc arguit dicens: quare non confundimini vos Chriſtiani dicere iſtum Deum ſic loquentem? Dicendum, ꝙ iſte falſum accipit. Nam in epiſtolis Petri aut alibi non inuenitur hoc dictum a Ieſu Nazareno. Tum ſi hoc dixiſſet, & factum fuiſſet, nullum inconueniens ſequeretur. Nam ſupra declaratũ eſt, ꝙ eſt uerus Deus & uerus homo in una perſona: ipſe uero ſicut Deus, permiſit ſe inquantum hominem a diabolo tentari, & de loco ad locum portari, ut ſupra dictum eſt. Et quia pater & ſpiritus ſanctus ſunt vnus Deus cum eo, ideo ab ipſis fuit etiam iſta permiſſio. Item ſi ſathan hoc modo permiſſus fuiſſet quærere, quod Iudæus allegat falſo, nullum inconueniens ſequeretur. Patet igitur Iudæi falſitas per hoc, ꝙ obiectiones ſuas in aperto mendatio terminauit. Et ſic eſt finis Deo laus, qui eſt trinus in perſonis & vnus in eſſentia per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

FINIS.

# Regiſtrum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn.

Omnes ſunt Quaterniones, præter Nn Terniones.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES



VENETIIS, MDLXXXVII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES